Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0001-0

5.

Q. D. B. V.

# DISSERTATIO JURIDICA QUINTA ad CONSTITUTIONES ELECTORALES DIVI AUGUSTI, De PROBATIONE, QUÆ FIT PER INSTRUMENTA, SEMIPLENA PROBATIONE & PRÆSUMTIONIBUS, &c.

inprimis ad Part. I. Conſtit. XVII. XIIX. & ſeqq.

*Quam*

*Indultu Magnifici JCtorum ordinis*

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI,

*PRÆSIDE*

WERNERO THEODORO MARTINI, J.U.D. & P.P. CONSILIARIO ELECT. SAXONICO.

*publicæ ventilationi exponet*

In Auditorio JCT. ad diem Anno 1683.

ERNESTUS FRIDERICUS MEURER; Tenſtad. Thuring.

---

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0003-2

DISSERTATIO V.
ad
# CONSTITUTIONES ELECTORALES SAXONICAS *DIVI AUGUSTI*

RESPONDENTE
ERNESTO FRIDERICO MEURERO,
Tenſtad. Thuring.

## *PARTIS PRIMÆ,*
### CONSTITUTIO *XVII.*
## Von Brieſſlichen Urkunden.

TEXTUS. CONSTIT. XVII.

Hätte Zeugführer intra terminum Copien Brieſſlicher Urkunden übergeben und eingelegt / und würde dieſelbe poſt terminum folgends mit den originalien ſtärcken / ſo ſoll er damit zugelaſſen / und ſolches zur Beweiſunge erheblich und revelant geſprochen und erkant werden.

## NOTÆ.

*Not. 1. Connexio. Alter modus Probandi qvi fit INSTRUMENTIS. Materia de FIDE inſtrumentorum jure Civili &*

Not. 1. Dictum eſt præcedenti *Conſtitutione* de *Probatione* & *Reprobatione* in genere, nec non illâ Probationis ſpecie, qvæ fit per teſtes, progreditur nunc Legislator præſenti Conſtitutione ad *alterum Probationis modum*, qvi fit *INSTRUMENTIS vel DOCUMENTIS LITERARIIS*. Qvoad fundamenta & principia Juris hæc materia petenda eſt partim ex *Jure civili Romano Lib. 22. ff. tit. 4. Et Lib. 4. C. tit. 21. de Fide Inſtrumentorum & amisſione eorum, & de Apochis & antapochis faciendis*, & de his, qvæ ſine Scriptura fieri poſſunt, partim ex Ju-

*Canonico qvoad principia, qvoad Uſum ex Jure Saxonico petenda.*

Jure *Canonico lib. 2. Decret. tit. 22. de Fide inſtrumentorum.* Uſus verò & applicatio horum titulorum deſumendus ex *Jure Saxonicô* non ſolum præſenti *Conſtitutione*, ſed etiam *ord. Proc. tit. 24.* von den Brieſſlichen Uhrkunden. Tit. 25. Von recognition der Brieflichen Urkunden Tit. 26. von Edition der Brieflichen Uhrkunden / ſo einer beym Gegentheil ſuchet. Nos de hâc probatione, qvæ fit per documenta, ea potiſſimum attingemus, qvæ ad noſtræ Conſtitutionis elucidationem & faciliorem intellectum conducere poterunt, non neglectis tamen principiis Juris Civilis & Canonici.

Not. 2. *Varia acceptio Vocabuli INSTRUMENTI.*

Not. 2. *Inſtrumenti* vocabulum procul dubio ab *inſtruendo* nomen habet & extrà Juris prudentiam nomen generale eſt, denotans omne illud, qvo res aliqva inſtruitur, ut eâ re uti & illã commodiùs tractare poſſim9, & cum res non eædem ſint, ſed planè diverſæ & propterea nec eadem deſiderentur inſtrumenta, qvibus inſtruantur, hinc pro conditione & varietate rerum, etiam ipſa inſtrumenta varia ſunt, & varias inſimul recipiunt ſignificationes. *Ummius Diſp. 17. ad. Proc. th. 1. n. 1.* Sic nulla ferè ars, nullum opificium eſt, qvod non peculiaribus ſuis utatur *inſtrumentis Mechanicis* vel aliis, imprimis nota ſunt inſtrumenta *Mathematica & Muſica.* In Jure Civili Romano mentio fit *inſtrumentorum fundi vel domus. t. t. ff. de Fundo inſtructo legato.* Dicitur enim fundus in Jure inſtructus ille, qvi talibus inſtrumentis conſtat & ornatus eſt, qvæ faciunt ad fundum vel agrum colendum, uti inſtrumentum domus omne illud dicitur, qvod facit ad commodiorem inhabitationem *L. 12. ff. de fundo inſtructo. & L. 17. ibid.* mentio fit inſtrumentorum *pictoris*, qvibus

*Inſtrumentum Fundi, Domus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0005-3

utitur ad artem ſuam exercendam. Ejusmodi inſtrumenta ad præſentem noſtram materiam non ſpectant, ſed loqvitur præſens Conſtitutio noſtra de *Inſtrumentis literariis*, **Von Brieflichen Urkunden**/qvibus nempè litigantes in judiciô ad probationem cauſæ ſuæ ſive actionis ſive Exceptionis utuntur, & illis ipſis qvaſi inſtruunt & informant Judicem. Ejusmodi inſtrumenta literaria rectè etiam vocantur *documenta*, qvod doceant illud, qvod in judicium deductum eſt, vel informent judicem in causâ propoſitâ. Notanter autem à Legislatore in rubricâ mentio ſit **Der Brieflichen Urkunden**/i.e. talium documentorum & inſtrumentorum, qvæ Scripturâ & literis conſtant, qvæ verba certe non ſunt otioſa, ſed demonſtrant præſenti Conſtitutione, non de qvibusvis inſtrumentis agi, qvibus judicia inſtrui dicuntur, ſeu qvibus in judiciis utimur, ſed de illis ſaltem, qvibus uti ſolent litigantes Actor vel Reus & in probanda ſuâ intentione vel Exceptione, mediantibus documentis & *inſtrumentis literariis*, qvæ ſpecies probationis opponitur illi, qvæ fit per *teſtes*, de qvâ jam diximꝰ in præcedente *Conſtitutione*. Aliud enim eſt probare per teſtes, aliud per documenta & inſtrumẽta literaria. Eruditè nempe Ummiꝰ ex *textibus Juris civilis Romani, d. l. Diſp. 17. th. 1. n. 1.* demonſtrat, inſtrumenti illius etiam, qvô in judiciis utimur, triplicem eſſe qvaſi ſignificationem. Prima *generalis* eſt, qvâ omne illud dicitur inſtrumentum in Jure, qvo res in judicium deducta inſtrui poteſt, *L. 1. ff. de fide inſtrumentorum.* Et ſub hâc ſignificatione illud qvoqve comprehenditur, qvod ſcriptura non continetur, ita, ut etiam *teſtes* hôc nomine & alia inſtrumenta veniant. *L. 99. §. 2. ff.* de Verborum ſignificatione. Verba nempe

*Conſtitutio 17. agit de Inſtrumentis literariis.*

*Inſtrumentũ judiciale triplex.*

*(1.) Sub generali voce Inſtrumenti Judicialis etiam Teſtes veniunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0006-8

*Legis 1. ff. de fide infrumentorum hæc ſunt: Inſtrumentorum nomine ea omnia accipienda ſunt, qvibus cauſa inſtrui poteſt, & ideò tam teſtimonia, qvam perſonæ, inſtrumentorum locô habentur.* Qvæ generalis appellatio ad præſentem Conſtitutionem trahi non poteſt, ſed pertinet huc ſecunda & *ſpecialis* ſignificatio, qvâ per inſtrumentum *omnis ſcriptura vel publica vel priata intelligitur. L. 1. C. de Dilationibus. Ubi inſtrumentum perſonæ opponitur L. 5. C. de Probat. t. t. ff. C. de fide* inſtrumentorum. Unde rectè concludit *Minſingerus*, qvod ſtatutum inſtrumenti mentionem faciens, de documentis literariis accipiendum ſit. *Weſenbec. in parat.* 3. ſpecialisſimè per inſtrumentum intelligi putat inſtrumentum *publicum.* Qvid præſenti Conſtitutione per inſtrumenta literaria intelligatur, ex rubricâ patet **von Briefflichen Uhrkunden**/ per qvæ non ſolum intelliguntur *publica*, ſed etiam *privata* inſtrumenta. & qvidem, qvæ Scriptura conſtant. Illud certum eſt, qvod non ſolum de Jure civili, ſed etiam communi praxi loqvendi *inſtrumenta literaria* pasſim etiam vocentur *documenta. L. ult. C. de Probation. Nov. 44. in pr.* in jure Can onico etiam vocantur *monumenta*, vel *munimenta Cap. 1. §. poſt hoc de Appellationibus in 6to.* uti & in textibus Juris, Saxonici & ſententiis Judicialibus inſtrumenta literaria **Die Briefflichen Uhrkunden**/ ut plurimum vocantur documenta, v. c. **daß Beklagter das** Document ſub Lit A. &c. **zu** recognoſciren **ſchuldig / oder zur Nohtdurfft** recognoſcirt, &c. ſub qvibus documentis non privata ſolum, ſed & publica continentur documenta literaria, & hôc ſenſu deſcribi poteſt *inſtrumentum vel documentum literarium*, qvod ſit *ſcriptura qvædam, publica vel privata rei alicujus, de qvâ agitur, vel controvertitur, fidem faci-*

*(2) Specialiter Inſtrumentum dicitur literarium documentum.*

*(3) Specialisſimè, Inſtrumentũ judiciale dicitur publicum.*

*Documenta.*

*Tam publica qvam privata Inſtrumenta, hic intelliguntur.*

*faciens*. Ummius definit *ſcripturam rei controverſæ fidem facientem*. *Definitio Inſtrumenti.*

Not. 3. Ex modò dictis patet, qvod inſtrumentum literarium vel documentum aliud ſit *publicum*, aliud *privatum*, illud *publica autoritate munitum eſt*, & *majorem vim probandi habet*, qvam privatum. Sunt nonnulli Doctores, *Donellus*, *Cujacius*, & *Kittershuſius*, *Ummius* & alii, qvi publicum iterum diſtingvunt in *publicum* κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dictum, qvod illud vocant, qvod vel ab ipsô *Magiſtratu eſt confectum* vel in illius præſentia & in *judicio*, qvod omninò publicam & inconcuſſam fidem facit, ita ut contrariam probationem haut facilè admittat, & *forenſe* qvod illud eſſe dicunt, qvod à Notariô vel *Tabellione* eſt confectum. Alii Doctores contrà *forenſe* illud vocant, qvod *Judiciale* eſt, & in judicio confectum, publicum verò, qvod à *Notario* confectum, utriqve & publico & forenſi opponunt privatum, qvod nempè à privato vel inter privatos eſt confectum extrà judicialiter, neqve autoritate judiciali neqve fide Notarii munitum.

*Not. 3. Diviſio In Publicum & Privatum. Publicum vel Judiciale eſt Vel Forenſe, ſeu Coram Notario, conconfectum. Forenſe & Publicum uon uno modo à Dd. explicatur. Privatum*

Et ita Doctores documenti literarii vel inſtrumenti tres faciunt ſpecies, ut aliud ſit *publicum autoritate judiciali munitum* aliud *forenſe à Notario* confectum, qvod *Donellus medium*, vocat inter *privatum & publicum*, & tertio *privatum*, qvod à privatis componitur nemine interveniente, qvi vel publicam perſonam, vel officium publicum ſaltem ſuſtineat. *L. 5. L. 6. C. de Probat. L. Scripturas C. qvi potior. in pig. Et notat Ummius in Disput. 17. th. 1. n. 6.* male diſtingvi publicum inſtrumentum à privato, qvando publicum vocant illud, qvod plenam fidem facit, privatum verò, qvod plenam fidem non habet, cum notum ſit, documen-

*τριχοτομία Inſtrumenti.*

*Privatum perinde ut publicum ſæpius plenam fidem facit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0008-9

cumenta etiam privata, uti ſunt v.c. *Obligationes*, *chirographæ*, *apochæ* &c. etiam plenam fidem operari poſſet, qvàm publica, qvin imò ſæpè majorem vim probandi haberet, qvàm publica, ſi illa non omni Exceptione ſint majora. Qvod in foro Saxonicô maximè obtinet, ſi *documenta privata paratam contineant executionem*, Wann auff klare Brieffe und Siegel geklagt wird / Qvæ ſi *recognita* fuerint, plenam faciunt fidem & ipſam operantur executionem.

*Inſtrumenta Gvarentigiata & paratam executionem habentia.*

Sed ut paucis revertamur ad τριχοτομίαν Doctorum, qva aliud documentum vel inſtrumentum literarium vocant publicum, aliud forenſe, aliud privatum, illius fundamentum deſumptum ex *L. 20. C. de fide inſtrumentorum. Ubi Imperator Juſtinianus* (1.) mentionem facit *inſtrumentorum forenſium* (2.) *Publicorum* (3.) *Privatorum vel talium inſtrumentorum*, *qvæ publice non ſunt confecta*, ut Chirographum etc.

*Varia Dd. interpretatio l. 20. C. de Fid. inſtru.*

Circâ hujus Legis interpretationem variæ & diverſæ ſunt ortæ Doctorum ſententiæ & opiniones, uti jam antè demonſtravimus, dum nonnulli per *forenſe* intelligunt illud, qvod *judicialiter* confectum eſt. Ummius autẽ & alii per *forenſe* intelligunt illud inſtrumentum, qvod à *Notario Publico* confectum. Et ita ſibi invicem non conſtant, & videtur luſus eſſe in meris vocabulis, qvæ tricæ & ſubtilitates Doctorum ad forum trahendæ non ſunt, neqve praxin judicialem, ſed uſu fori & Communi loqvendi omne *documentum vel inſtrumentum literarium*, qvod in judicio ad probandum producitur, vel *publicum eſt. vel privatum*, ita qvidem *ut publicum* illud ſit, qvod *publicâ autoritate & fide eſt munitum*, *privatum* verò, qvod *neqve in judiciô à Magiſtratu, vel in ejus præſentia & autoritate, vel ab aliâ qvâdam perſonâ publi-*

*Defendiur Dichotomia in Publicum & Privatum*

bli-

*blicâ, ſed à privatô inter privatos homines eſt confectum.* Et qvamvis negari non poſſit, qvod *publicum inſtrumentum* varias admittat ſpecies, ita, ut aliud dicatur *publicum judiciali autoritate munitum, aliud à Notariô Publicô* confectum, utrumqve tamen *publicum* eſt, & differt à *privatô*, neqve ille terminus inſtrumenti forenſis unqvam in judiciis noſtris Saxonicis receptus, vel obſervantiâ fori introductus eſſe videtur. Unde miſsâ Doctorum illâ λειχολομίᾳ, illà in Judiciis receptà οιχολυμίᾳ, qvâ omne documentū literarium & inſtumentum vel publicum, vel privatum dicitur, contenti vivimus, ita qvidem, ut litem non moveamus ſnbtilibus Doctorum interpretationibus, cum probabilibus ſuis conſtent rationibus, terminos tamen in judiciis ex uſu magis æſtimemus, qvàm opinione Doctorum. In verbis ſimus faciles, modò de re conſtet. Magis eſt, ut rem ipſam aggrediamur, & ipſas ſpecies *publicorum & privatorum inſtrumentorum paucis perluſtremus.*

Not. 4. Et ad *publica* qvidem *documenta* vel *inſtrumenta* procul dubio referri poſſunt *Acta judicialia, Protocolla*, libri publici manu Actuarii, Secretarii, vel Notarii Judicialis conſignati, vel etiam ſigillo judiciali, privilegia, manu Principis ſubſcripta, Gerichts / Cantzeley / Ambt- und Receſs Bücher / Libri cenſuales publici, Die Rügen und Straff Bücher / Stadt- und Rahts-Bücher / Steuer und Contribution-Bücher / Cammer-Regiſter / Libri Statutorum, conſvetudinum, Obſervanz, und Statuten-Bücher / Jagt und Forſt-Bücher / Kirchen Bücher / Kirchen Regiſter / Libri Feudales, Matriculæ publicæ in Academiis, vel civitatibus, Libri argentariorum, capellarum, Zoll und Geleits-Bücher /

Not. 4. *Species variæ Publicorum Inſtrumentorum*

Libri tribunorum, Zunfft-Bücher/Erb-Regiſter/& qvæ aliæ ſunt ſcripturæ, cujus etiam ſint nominis ex Archivis deſumtæ, vel aliis locis publicis, *Cancellariis, Collegiis*, qvibus Princeps publicam dedit fidem & autoritatem, qvod vel Jurisdictionem habeant, vel officiales ſint Principis, publicâ fide muniti, vel Collegia ejusmodi habeant à Principe confirmata & certis privilegiis inſtructa, omnia ejusmodi inſtrumenta publicâ autoritate munita, publicam & inconcuſſam fidem facere dicuntur *L. ult. de re Judic. L. 2. C. de Edendo. In Jure Canonico* dicuntur inter partes *Notorium inducere*, & dubium non eſt, qvin ſemper pro Magiſtratu præſumtio ſit, & tamdiu plenam faciant fidem, donec contrarium probetur, nec dubium eſt, qvin ejusmodi acta publica etiam probent pro ipſo Magiſtratu. Hiſce publicis inſtrumentis annumerari qvoqve poſſunt illa inſtrumenta, qvæ à privatis qvidem confecta, poſtmodum tamen à Principe, vel Magiſtratu confirmata & corroborata, & ejusmodi ſunt, Donationes à privatis factæ, judici autem vel principi inſinuatæ, hùc pertinent inſtrumenta conſenſuum & confirmationum, qvibus contractus privatorum & obligationes, hypothecæ, transactiones, vel à principe vel Magiſtratu corroborantur & publicâ autoritate muniuntur. Huc omninò etiam ſpectant teſtamenta à privatis confecta, Judici autem oblata, pertinent etiam huc literæ *Inveſtituræ*, breve teſtatum, Lehn-Brieffe und Muht-Zettel/ atteſtata Magiſtratus de legitima nativitate Geburts-Brieffe de Jure Civitatis, Wegen des Bürger Rechts / & qvæ alia teſtimonia privatis dantur à Magiſtratu ad reqviſitionem privatorum, qvæ omnia cujus

*Inſtrumenta privata publica fiunt inſinuatione, cōfirmatione, Conſenſu Judiciali.*

ſint

ſint nominis, modò publicâ conſtent autoritate, in dubio plenam fidem operantur, ita tamen, ut contrariam non excludant ſimpliciter, uti nonnulli Doctores ſtatuunt, probationem, nec obſtat, qvod præſumtio militet pro Magiſtratu & inſtrumentô publicô, illud enim verum eſt, qvam diu contrarium non oſtenditur. Qvid enim, ſi inſtrumentum publicum fraude & ſuſpicione laboret, ſi debitis non conſtet reqviſitis, ſi aliô qvodam vitio viſibili falſi ſuſpicionem ſecum trahat, & qvi alii ſunt defectus innumeri qvi etiam circà confectionem inſtrumenti publici committi poſſunt & qvi à Judice, coram qvo producuntur ejusmodi inſtrumenta, probè ſunt examinandi, cujus officio incumbit, qvamvis partibus non monentibus vel petentibus in veritatem inſtrumenti publici etiam inqvirere, ſi non levia adſint indicia falſitatis, ita, ut non rarò per ſententiam Judex demandet inqviri ſuper crimine falſi documenti, vel contra autorem inſtrumenti vel contrà illum, qvi ejusmodi documentum in judicium produxit. Multoties nempè memini ita pronuntiatum eſſe in ſupr. Appellationum Judicio Daß wegen des Producirten documenti vor allen Dingen inqviſitoriè zuverfahren. Qvæ ſententia illud operatur, ut tamdiu cauſa principalis ſuſpendatur, donec inqviſitio ſuper falſo deciſa & determinata. *Nov. Dec. Elect. 88.* Wenn in Bürgerlichen Klage Sachen die Qvæſtio falſi mit einfället, hinc etiam receptũ eſt in forô Saxonicô, ut non ſolum *privata* inſtrumenta & documenta, ſed etiam *judicialia & publica* in judicio producta, ab illâ parte, contrà qvam producuntur, debeant, recognoſci. *Ord. Proc. tit. 25.* Qvæ confirmata eſt *Nov. Dec. Elect. 74.* Ob ein Gerichtliches Inſtrument von

*Not: 5. Num Inſtrumentum à Notario confectum pro publico habendum & eandem cum Judiciali habeat fidem?*

 Par-

Parthenen recognoſcirt werden müſſe? Et qvamvis illâ deciſione jubeantur ſtatim recognoſci, ita ut nemo ad publicorum inſtrumentorum judicialium juratam diffesſionem ſit admittendus, illud tamen ſaltem intelligendum eſt de ejusmodi Judicialibus inſtrumentis, qvæ omni ſuſpicione fraudis deſtituuntur, non autem de omnibus inſtrumenris publicis, ſi pro talibus producantur, reverâ tamen non ſint, ſed multis indiciis falſitatis laborent. Ratione probationis enim non ſeqvitur, inſtrumentum eſt publicum, ergò plenam meretur fidem, præſertim ſi hæc fides multis contrariis poſſit debilitari.

**Not. 5.** *Num Inſtrumentum â Notario confectũ pro publico habendum & eandem cum Judiciali habeat fidem?*

Not. 5. Diximus modò, qvod omne illud dicatur eſſe publicum inſtrumentum, qvod vel a Principe vel Magiſtratu Jurisdictionem habente vel aliâ qvâdam perſonâ publica Collegio & Univerſitate, publicâ autoritate eſt confectum, dictum etiam eſt ejusmodi Inſtrumentum publicum, ſi debitis conſtet ſuis reqviſitis, publicam mereri fidem. Qværitur ergò jam, qvid dicendum de *inſtrumento à Notario publico confectô, qvod Ummius*, & nonnulli Doctores *forenſe* appellant, num illud qvoqve pro publico inſtrumento habendum, & ejusdem fidei ſit & autoritatit, qvàm illud, qvod coràm judice vel Magiſtratu eſt confectum? Duo hujus qvæſtionis ſunt membra. (1) An *inſtrumentum Notarii Publicum ſit? (2) An plenam operetur fidem, perinde, uti inſtrumentum Judiciale.* Qvod prius attinet, extrà controverſiam eſt, Notarium pro publicâ perſonâ eſſe habendum, ejusqve officium eſſe publicum, unde etiam *Notarii publici* nomen accepiſſe videtur, in Jure civili appellatur *Tabellio*, *Tabellarius, vel Tabularius*, Qvamvis moderni Doctores nonnullas differentias faciant

ant inter Notarios noſtri temporis & Tabelliones Romanorum, qvæ ſubtilitas ad noſtrum ſcopum non pertinet. Illud certum eſt, qvod cum *à Cæſarea Majeſtate* vel immediatè vel *mediantibus Comitibus Palatinis* Notarius hanc poteſtatem habeat publica inſtrumenta conficiendi, illiq nõ ſolum perſona aliqvô modô pro publicâ ſit habenda, ſed & illius ſcripturæ pro publicis magis æſtimãdæ, qvàm privatis. Qvod verò fidem Inſtrumentorum à Notario confectorum concernit, non omnis qvidem illis ſimpliciter deneganda eſt probandi autoritas, & regulariter qvidem major, qvàm inſtrumentis privatis, certis etiam caſibus æqvalis cum inſtrumentis Judicialibus & à Magiſtratu confectis, non autem ſimpliciter & per omnia, adeò ut nonnullis caſibus illorum inſtrumentum qvamvis legitimè confectum prorſus non admittatur, vel ſub certà conditione ſaltem validum ſit. Sic Jure noviſſ. Elector. Erörterung der LandesGebrechen/ tit. von JuſtitienSachen / §. 30. Appellatio coràm Notario & teſtibus locum non habet, niſi appellans coràm Judice ſuperiori demonſtret, ſe à Judice primæ inſtantiæ neqve Apoſtolos reverentiales, neqve refutatorios impetrare potuiſſe. Qvin imò Appellatio coràm Notario & teſtibus hodiè planè locum habere non videtur, poſtqvam mandato Electorali inferioribus Judicibus indiſtinctè injunctum eſt ſub certâ pecuniaria pœna appellationes recipere & ad Judicem ſuperiorem transmittere. Qvodſi etiam concurrat inſtrumentum à Notario confectum, v. c. Examen teſtium & Rotulus, cum inſtrumẽto judicialiter confectô, & illa duo ſibi invicem ſint contraria, tunc major fides habetur inſtrumento Judiciali & teſtium depoſitioni juratæ coràm Magiſtratu, qvam teſtibus,

ſtibus, qvi jurato coram Notario depoſuerunt, ob varias fraudes & corruptelas, qvibus Notarii interdum in inſtrumentis conficiendis, vel ob imperitiam, vel ſordes, uti ſolent. Memini etiam ſæpiſſimè in Supr. Appellat. Judicio nec non aliis Collegiis Juridicis inſtrumentis Notariorum vel nullam, vel modicam tributam fuiſſe fidem. Regulariter tamen inſtrumenta Notariorum, modò debitis conſtent reqviſitis, pro fide dignis ſunt habenda. Reqviſita autem potiſſimum ſunt ſeqventia. (1.) Ut legitimè ab eo, qvi Notarii creandi ab Imperatore habet poteſtatem, prævio examine ſint promoti, (2.) Inſtrumentum conforme ſit *Receſſui Imperii Imperatoris Maximiliani in Comitiis Colonienſibus, Anno Chriſti 1512.* promulgato, ubi præcipua verè recenſentur reqviſita, nempe (3.) Inſtrumentum Notarii tria qvaſi contineat capita, *Introitum*, *Propoſitionem vel contenta ipſius inſtrumenti*, *&* *Epilogum* ſeu *concluſionem.* (4.) Ad introitum pertinet invocatio Numinis divini, de qva diſputant Doctores, num illâ omiſsâ vitioſum ſit inſtrumentum? Qvæ qvæſtio otioſa magis eſt, qvam utilis, cum hæc clauſula devotionis magis ſit, qvàm neceſſitatis, neqve ullò modo referri poſſit ad ſubſtantiam rei, neqve ad eſſe, ſed benè eſſe. (5.) Inter Chriſtianos reqviſitum neceſſarium eſt, ut *Annus Nativitatis Chriſti apponatur.* (6.) Nomen Imperatoris Romano-Germanici annusqve regiminis *Nov. 47. cap. 1.* Qvod tamen rectè reſtringitur ad illum caſum, ſi inſtrumentum conficiatur in Imperio Romano-Germanico, de Jure civili etiam reqviritur indictio, adeò ut ſi falſa indictio appoſita fuerit in inſtrumento, illud pro vitioſò habeatur (7) Imprimis in *inſtrumento* exprimi debet, *menſis*, *dies* & *hora*, qvibus illa res

*Reqviſita Inſtrumenti à Notario confecti.*

(1.) *Sit Notarius legitimè creatus.*

(2.) *Fiat Inſtrumẽtum ad normã Receſſ. Imperii de anno 1512. Maximilian.*

(3.) *Tria contineat membra.*

(4.) *Invocatio Nominis divini.*

(5) *Annus Nativitatis Chriſti.*

(6.) *Nomen Imperatoris Romano-Germanici.*

(7.) *Menſis, Dies Hora.*

res geſta eſt, qvæ in inſtrumento exprimitur. *Nov. 47. c. 1.* Ubi menſis & diei expreſsè fit mentio, & qvamvis ibidem *hora* non ſit appoſita, illa tamen tutius annotatur à Notario, præſertim ſi appellatio interponatur à Sententia, in qvâ fatale interponendæ Appellationis currit de momento in momentum, uti etiam alii ſunt caſus, qvi horæ expreſſionem deſiderant. (8.) *Locus* qvoqve negotii geſti annotandus eſt in inſtrumento Notarii, nec ſufficit, ut in genere fiat in hâc vel illâ civitate, regione, ſed ſpecialiter denominanda eſt civitas, platea, domus, imò ipſa pars vel cœnaculum domus, qvæ qvanqvam nimiam ſcrupuloſitatem ſapere videntur, rem ipſam tamen geſtam magis reddunt perſpicuam & claram, & Notarium liberant à ſuſpicione falſi. (9.) Imprimis ipſa rei geſtæ ſeries & ſumma, cum omnibus ſuis circumſtantiis, Notarii inſtrumento inſerenda eſt. Qvod reqviſitum qvidem ad ſecundum caput pertinet inſtrumenti, nempè contenta & ipſam propoſitionem. (10.) *Ex Nov. 47. qvoqve cap. 2.* illud neceſſariò obſervandum venit à *Notario*, ut *obſcuris & antiqvis literis non utatur, ſed communibus & omnibus Notis & qvæ legi ab omnibus facilè poſſint, ut non fatigentur legentes circà reqviſitionem temporis neqve opus habeant expectare alios homines*, donec comperiant literarum illarum intellectum & veritatem, & uti res *Græcorum, Græcis, Latinorum* verò *Latinis*, ita *Germanorum Germanis* exprimendæ ſunt literis. Non tamen infreqvens eſt in judiciis, ut ſi inſtrumentum aliqvod in aliâ regione ſit confectum, & exterô qvôdam ſermone conſcriptum, ita, ut à Judice vel litigantibus in judicio intelligi non poſſit, qvod peregrini idiomatis peritiam non habeant, à Judice interpretatio ejuſmo-

*(8.) Locus rei geſtæ ſpecialis.*

*(9.) Series & ſumma rei Geſtæ.*

*(10.) Conſcribatur literis communibq & idiomate conſveto in judiciis.*

juſmodi inſtrumenti peregrinô idiomate conſcripti perito alicui hujus lingvæ committatur, qvi v. c. inſtrumentum Gallicô, Anglicô, Vandalicô &c. Sermone confectum in illam transferat lingvam, qvæ in judicio, ubi inſtrumentum producitur, recepta eſt. (11.) Ad reqviſita pertinet porrò *inſtrumenti à Notario* confecti, ut teſtes adhibeat ad minimum duos, niſi talis actus ſit, ad qvem vel lege, vel obſervantiâ fori, vel conſvetudine plures teſtes reqvirantur, uti in ſolenni teſtamento ſeptem &c. & in ipſo teſtium inſtrumento teſtium nomina exprimenda ſunt, & ſecundum *Nov. 73. cap. 5.* Teſtium præſentia in ipsô actu eſt neceſſaria, ubi *Godofredus in Not. Lit. O.* inſtrumentum non dicit, completum, anteqvam ſit ſubſcriptum â teſtibus, adeò ut ſola Tabellionis ſubſcriptio non ſufficiat, nec credatur ſcripturæ tabellionis ſine teſtibus. Addunt nonnulli porrò hoc, qvod non ſolum ipſe Notarius ad confectionem inſtrumenti rogandus ſit, ſed à Notariô qvoqve teſtes, qvæ rogatio ipſi inſtrumento inſerenda eſt, præſertim *Notarii*, qvi ſcribat ſe eſſe rogatum, qvamvis nonnulli rogationem non eſſe neceſſariam putent, vel in dubio illam factam eſſe præſumi. (12.) Qvod tertium caput *inſtrumenti à Notario* confecti atttinet, nempè *concluſionem & Epilogum*, non ſolum nomen Notarii inſtrumento eſt inſerendum, ſed & ſubſcriptione exprimendum, imprimis verò ſubjiciendum eſt ſigillum Notariatûs, non enim in inſtrumentis, eorumqve confectione permiſſum eſt Notario communi ſigillô uti, ſed illô uti debet, qvod ipſi ſpecialiter conceſſum eſt â Comite Palatino, vel illô, à qvo publicâ autoritate Notarius creatus fuit. Qvod non ſolum expreſsè demandatum eſt *in Receſſu Imperii Imperatoris*

*(11.) Teſtes ad minimum Duos adhibeat Notarius in conficiendo inſtrumento.*

*Rogandus eſt Notarius ad Inſtrumentum conficiendum, ab eo vero Teſtes.*

*(12.) Inſtrumentũ, à Notario ſubſcribendũ & Notariatus Sigillo non communi corroborandum.*

*Receſſ. Imper. de Ao. 1512.*

*toris Maximiliani de Anno 1512. Sed etiam in Nov. Dec. Elector. Saxon. 20. cujus verba hîc adſcribere lubet:*

*Novella Deciſ. Elector. 20.*

## Ob ein Inſtrument / ſo der Notarius nur mit ſeinem Petſchafft beſiegelt / aus Mangel des Notariat-Signets vor Unkräfftig zu halten?

WOrinnen eines Notarien Ambt und Verrichtung beſtehet / das iſt in Keyſers Maximiliani Ordnung de Anno 1512. und andern Reichs-Abſchieden umbſtändiglich beſchrieben. Nach dem nun darinnen bey Verfertigung der Inſtrumenten unter andern Solennitäten zu letzt des Notarii Signet erfordert / ſeines Petſchaffts aber nicht gedacht / ſondern Ihm vielmehr außdrücklich verbothen wird / ſein gewönlich Signet ohne Gewalt des Richters / und aus redlichen Urſachen nicht zuverwandeln / ändern / oder mit eines andern Zeichen ſein Inſtrument zu zeichnen: Auff welche Keyſerliche Ordnung auch alle Notarien zu ſchweren pflegen: So iſt unſer ernſter Will und Meynung / daß dieſer vorgeſchriebenen Form / ungeachtet etliche Rechtslehrer dieſelbe nur pro formâ accidentali halten wollen / genau nachgegangen / und wenn ein Notarius darwieder handelt / und in Sachen / dazu er als ein Notarius erfodert und gebraucht worden / bey Aufrichtung eines Inſtrumenti nicht ſein bey dem Notariat-Ambt erlangtes Signet / ſondern nur ſein privat-Petſchafft allein gebrauchet / daſſelbe vor unkräfftig gehalten / und er nach Gelegenheit der Sa-

(13) *Notarius mẽtionem faciat ejus, cujus auctoritate talis eſt.*

*Prælegat Inſtrumentum Partibus & Teſtibus.*

*Non qvævis Scriptura Notarii Inſtrumentum eſt.*

(14.) *Num in Pergamento ſolo ſcribenda Inſtrumenta Notarii?*

*Reqviſita Inſtrumenti Notarii variant pro conſvetudine loci.*

*Tam in cauſis Civilibus qvã Criminalibus Inſtrumenta Notarii adhiberi poſſunt.*

chen Wichtigkeit willkührlich beſtraffet werden ſolle. (13.) Reqvirunt etiam nonnulli Doctores, ut *Notarius in inſtrumento* à ſe confectô illius mentionem faciat, cujus autoritate eſt Notarius, Item, qvod inſtrumentum confectum Partibus & teſtibus prælegat, addunt alii & hoc, qvod addere debeat, ſe publicum conficere inſtrumentum, & qvidem tanqvam reqviſitus Notarius, cùm aliàs publicam fidem non faciat, neqve omnes ſcripturæ Notarii pro publicis habendæ, cum extrà munus Notarii, illorum Scripturæ ſaltem privatæ ſunt. (14.) *In Conſtitutione Imperii Maximiliani de Anno 1512.* §. Und nach dem / Ratione materiæ *inſtrumentum Notarii Pergamento* inſcribendum eſt, unde *Ruland* de *Commiſſariis*, & alii Doctores putant, In Camerâ Imperiali hoc ſtrictè eſſe obſervandum, qvod tamen in Judiciis Saxonicis receptum haud eſt, ſed perinde eſt, num inſtrumentum Notarii, vel in chartâ & papyro, vel membranâ & pergamento ſcriptum ſit, qvamvis in charta perforatâ, vili & immundâ ſcribendum non ſit, neqve etiam per *notas, ſigna, ciferas, abbreviaturas, &c.* Reliqva reqviſita ex cujusqve loci conſvetudine & obſervantiâ fori deſumenda ſunt. Illud extrà dubium eſt, qvod inſtrumenta confici poſſint à Notariis tàm in cauſis *civilibus*, qvàm *Criminalibus*, & qvamvis crimen inſtrumentis probari non poſſit, neqve teſtes in Criminalibus cauſis à Notario, ſed ipsô Judice examinari debeant, niſi forte Notarius inſimul ſit Actuarius, vel Actuario Adjunctus. Attamen transactiones ſuper crimine, relationes ſuper injuriis & retorſiones in inſtrumenta Notariorum redigi poſſunt. Dantur tamen caſus, in qvibus inſtrumentum Notarii locum non habet, qvos recenſet *Weſenb. in Parat. tit. de Fide Inſtrumentorum, n. 4.*

Et

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0019-4

Et cum in Inſtrumenti confectione publici induſtria Perſonæ reqviratur, pro publico non habetur inſtrumentum, ſi non ipſe Notarius confecit, ſed per alium miniſtrum, famulum vel ſcribam curaverit ſcribi, niſi talis fortè ſit, qvi ipſi adjunctus ſit vel Subſtitutus, v. c. in Judicio, tunc ejuſmodi inſtrumentum â Subſtituto confectum ſubſiſtit, ſi vel Notarius præſens fuerit, vel manu ſuâ & ſubſcriptione approbaverit. Qvomodo autem ſolum inſtrumentum Notarii probet, qvando Protocollum, ex qvo deſumtum eſt, non extat, pleniùs exponit *Ummius Diſp. 17. th. 3. n. 16.* Et tantum de inſtrumentô â Notariô confectô publicô; Dicenda adhuc pauca ſunt de Inſtrumento privato.

*Ab ipſo Notario Inſtrumentum conficiendum.*

Not. 6. Utriqve *inſtrumento publico*, tam *Judiciali*, qvàm illi, qvod â *Notario* confectum, opponitur *privatum*, qvod tale documentum eſt, qvod â *Privatis & inter privatos eſt confectum*, ita, ut nec publica Judiciali, nec Notarii fide conſtet. *Ummius Diſp. 17. th. 4.* Horum inſtrumentorum privatorum tres qvaſi conſtituit claſſes, qvarum (1.) continet illa inſtrumenta privata, qvorum confectioni tres, qvatuor, vel plures interfuerunt Teſtes & illa ſubſcriptione ſuâ comprobarunt. Ejusmodi inſtrumenta plenam fidem facere videntur, perinde ut publica. *L. 11. Scripturas, C. qvi pot. in pig. hab.* ubi dicitur, *qvod inſtrumenta trium vel ampliùs virorum probatæ atqve integræ opinionis manu ſubſcripta habeãtur qvaſi publicè cõfecta.* (2.) In alterâ claſſe Ummius conſtituit inſtrumenta, qvæ duo ſaltem teſtes ſubſcripſerunt. Non video tamen, qvare inſtrumentum coram duobus teſtibus confectum non æqvè ut illud, qvod â tribus ſcriptum plenam fidem mereri debeat, niſi forte caſus ſit, ubi ipsô Jure plures teſtes

Not. 6.
*Privatum Inſtrumentum.*

*Tres ſpecies Inſtrumentorum privatorum*

(1.) *Inſtrumenta â Tribus Teſtibꝰ ſubſcripta plenè probant.*

(2.) *Inſtrumentum â Duobus Teſtibus ſubſcriptum.*

 reqvi-

*(3.) Inſtrumenta à Teſtibus non ſubſcripta & merè privata.*

requiruntur (3.) In *tertiâ Claſſe inſtrumenta* ſunt qvæ remotis teſtibus à Solis privatis ſunt conſcripta. Hæc pro negotiorum civilium diverſitate & varietate varia & diverſa ſunt, qvibus vel major, vel minor fides tribuenda eſt. Pertinent hùc *rationes & regiſtra* privatorum, Hauß-Bücher / Hauß-Regiſter / Rechnungen / de qvibus regulariter ſtatuunt Doctores, qvod non probant pro ſcribente, ſed contrà ſcribentem. Qvod idem qvoqve aſſerendum eſt de *Epiſtolâ*, qvæ non probat pro-ſed contra ſcribentem *cap. 2. x. de Fide inſtrumentorum. L. Publia. 26. in fine Depoſiti. L. Rationes. 6. L. Exemplo. 7. L. Inſtrumenta 5. C. de Probation.* præſertim autem hoc verum eſt, ſi agatur de præjudicio tertii. Qvibus tamen caſibus probet Scriptura privata pro ſcribente, pluribus Explicat *Carpzov. part. 1. Conſt. 17. def. 34.* Loqvimur autem hîc de regiſtris privatorum, qvibus accepta & credita contineri ſolent: Außgabe und Einnahme / Activ und paſſiv Schulden / qvi libri omnino differunt â libris officialium, uti in Jure erant *nummularii, argentarii, Magiſtri cenſuum* qvi magis publicis, qvàm privatis inſtrumentis annumerandi ſunt, *L. 4. C. de fide Inſtrum. L. 9. §. 2. ff. de Edendo. Qværitur hîc, ad qvam claſſem referendi ſint libri ratione adminiſtrationis tutelæ, à Tutoribus vel Curatoribus confecti. L. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. diſtr. Qvi continere debent, diem, annum & Conſulem* & data & accepta, Vormundſchaffts Bücher und Rechnungen / *L. 1. §. 1. ff. de Edend. Num inſtrumentis publicis an privatis ſint annumerandi? Et magis eſt*, qvod propriè publica nõ ſint, nec plenam fidẽ habeant, ſed admittant probationem contrariam & defectuũ allegationem, Es koñen daraus die defecte gezogen werden

*Non probant pro Scribente, ſed contra Eum.*

*Regiſtra & Rationes privatorum differunt à Regiſtris & libris Officialium.*

*Q. Num Libri & Rationes Tutorum vel Curatorũ publica vel privata ſint Inſtrumenta? Magis privata ſunt nec probant pro ſcribente ſed defectus admittunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0021-1

den. Perinde tamen uti privata contra ſcribentem probant & ipſos Tutores. Qv ibus tamen caſibus probent pro Tutoribus, recenſet *Beuſtius in L. admonendi n. 111.* In eo tamen differunt rationes Tutorum à rationibus privatotum, qvod lege jubente ratione officii ſint conſignandæ & reddendæ, nec non continere annum & diem, merè privatæ autem rationes, earumqve libri pro arbitrio & voluntate cujusqve conficiuntur, qvæ inſtrumenta merè privata ob defectum ſolennitatis non poſſunt impugnari, neqve probant pro ſcribente, ſed contra illum, niſi talia ſint, qvæ à nudâ & ſolâ voluntate ſcribentis pendent: Daß er etwas bewilliget oder gethan/ was ſonſten in ſeinen freyen Willen geſtanden. Qvanqvam ſi vim probandi inſtrumentorum veram attendere velimus, illa non ita ſimpliciter Lege determinari poteſt, nec tutô relinqvi litigantium & partium, ſed judicis arbitrio, cujus eſt, ex perlectione eorum judicare, num plenè vel ſemi plenè, num parum vel nihil probent, nec intereſt, num publica ſint vel privata, uti enim oſtendimus anteà, connexio nulla eſt, nec firma concluſio, publica inſtrumenta ſunt, Ergô plenè probant, privata ſunt, ergo nihil probant. Nam hæc vis probandi non pendet à ſolô nomine, ſed virtute & qvalitate inſtrumentorum, præcipuè autem illorum contentis, qvæ ponderanda & examinanda ſunt à Judice, num illius ſint momenti & valoris, ut illius rei, cujus probandi causâ adducta ſunt, aliqvam faciant fidem. Porrò *qværitur circà inſtrumenta privata. Qvalem vim probandi habeant libri mercatorum, præſertim ſi à Jurato qvodam tabernæ Magiſtro ſint conſcripti?* Die Kauff- und Handels-Bücher/ ſo von einen geſchwornen Buchhalter verfertiget. Hi

*Aliqva differentia.*

*Fides inſtrumentorum nec lege determinari, nec litigantium arbitrio ſed judicis committenda eſt.*

*Q. Qvalem vim probandi habeant Libri Mercatorum?*



pu-

publicis qvidem non annumerantur Inſtrumentis, ſed ſunt omninò privata, *ſemi plenam* tamen habent probandi vim, & ſi juramentô ſuppletoriô confirmentur, plenam probationem operantur. *Carpz. p. 1. Conſt. 17. def. 35.* Ubi varia reqviſita recenſet, qvæ concurrere debent, ut libri mercatorum ſemiplenam operentur fidem, ut nempè mercator bonæ famæ ſit, ut cauſa debiti ſit expreſſa, ut contineat data & accepta cum deſignatione diei. Qvod ſi tamen unius teſtis accedat teſtimonium juratum, tunc non onerandus eſt ipſe mercator producens juramentô ſuppletoriô, cum ejusmodi duæ *ſemiplenæ probationes plenam faciant probationem L. 5. C. de probat. L. 16. C. de Pœn. cap. 27. X. de Teſtib.* Qvod ſi autem mercator copiam ſaltem extractam è librô mercatorio producat, Einen Extract aus dem Handels-Buche/oder eine aus dem Handels-Buche verfertigte Rechnung. Tunc illa ſemiplenam non facit fidem, ſed ipſe liber avthenticus, ex qvô copia deſumpta eſt, in judicio ad recognitionem eſt producendus. In *ſupr. Appell. Judic.* ita pronuntiari ſolet: Würde Kläger den producirten Extract oder die beygefügte Rechnung ſub Lit. A. mit dem Handels-Buch beſtärcken/inmaſſen ihm vor allen Dingen zu thun oblieget/ ſo ergehet in der Sachen ferner/ was recht iſt. Qvod ſi verò ipſe liber mercatoris in judicio productus debitis ſuis conſtet reqviſitis, tunc mercator ad juramentum ſupletorium admittitur, qvô præſtito Reus ad ſolutionem condemnatur, hâc ſententiæ formulâ würde Kläger das Producirte Handels-Buch endlich beſtärcken/ ſo iſt Beklagter die darauß geklagte Poſt Klägern binnen Sächſ. Friſt zu bezahlen verbunden/ Rectè autem circà libros Mercatorum

*R. Publica qvidem non ſunt Inſtrumenta, ſed privata, ſemiplenè tamen probant.*

*Libri Mercatorum Juramento ſuppletorio Actoris & Producentis, vel unius Teſtis jurata depoſitione confirmati plene probant*

*Libri Mercatorum Avthentici non illorum Copiæ ſemiplene probant*

*Præſtito Juramento ſuppletorio à Mercatore Reus condemnatur.*

rum monet *Carpzovius p. 1. Conſt: 17. def. 37.* Qvod illi ſaltem probent in iis rebus, qvæ ad commerciorum & negotiationum cauſam ſpectant, neqve trahendi ſint ad alias cauſas, qvæ ad negotiationem non pertinent, in illis enim rebus ſemiplenam non operantur probationem, unde in libris mercatorum cauſa Emptionis & venditionis ut plurimum apponi ſolet, una cum anno & die v. c. den 1. Maij. handelte un̄ bedung/empfieng am Waaren &c. Qvod ſi ergò aliam obligationem inſerat libro mercatorio, qvàm qvæ ſpectat ad ipſius negotiationem, tunc nihil plus operatur, qvā privata ſcriptura, qvæ ne qvidē ſemiplenè probat pro ſcribente. Regula enim generalis de omnibus inſtrumētis privatis obtinet, ſive *chirographis, apochis, antapochis* & aliis, qvod probent contrà eorum ſcriptorem ſeu ſubſcriptorem plene, non pro Illo. qvâ de re plura videri poſſunt apud *Ummium Diſp. 17. th. 5.* Et tantum de præcipuâ diviſione inſtrumentorum, qvâ aliud dicitur publicum, aliud privatum.

*Libri Mercatorum non probant Semiplenè in Cauſis Negotiationis.*

Not 7. Secundò dividitur *inſtrumentum vel documentum literarium in avthenticum vel originale & exemplum vel Copiam.* Hæc diviſio in ipsâ hâc præſenti *Conſtitutione XVII. continetur*, cujus hæc ſunt verba; Hätte Zeugführer intra terminum, Copeien Brieflicher Uhrkunden übergeben und eingelegt / und würde dieſelbe poſt terminum folgends mit den Originalien ſtercken/ſo ſoll er damit zugelaſſen / und ſolches zur Beweiſung erheblich und revelant geſprochen / und erkandt werden. Non incognita eſt qvoqve hæc diviſio Juri civili *Romano & Canonico L. 2. ff. de Fide Inſtrum.* Cujus verba hæc ſunt: *Qvicunqve à fiſco convenitur, non ex indice exemplo alicujus ſcripturæ, ſed & avthentico conveniendus eſt. Ita ſi con-*

*Not. 7. Inſtrumentum aliud Avthenticum eſt & Originale aliud Exemplum vel COPIA.*

*l. 2. ff. de Fid. Inſtrum.*

*tra-*

*tractus fides poſſit oſtendi. Cæterum, calumnioſam ſcripturam vim in judicio obtinere, non convenit.* Item *cap. 1. X. de Fide inſtrum.* ubi *Gregorius Pontifex* ita loqvitur: *Si ſcripturam authenticam non videmus. ad exemplaria nihil facere poſſumus.* Ex qvibus textibus patet ſolum inſtrumentum *avthenticum vel originale* vim probandi habere, nullam autem fidem, nec minimam tribuendam eſſe *exemplari, vel copiæ Inſtrumenti.* Unde Doctores ſtatunt, qvod nec Princeps ſummus hanc fidem exemplaribus tribuere poſſit, & maxime nihil probat exemplum exempli, qvamvis à Notario ſit confectum. Neqve per ſe etiam probat exemplum alicujus originalis, qvod, tanqvam ſcriptura privata, per ſe nihil probat Excipiuntur tamen caſus (1.) Si exemplum ſeu conceptum alicujus inſtrumenti in *Archivis publicis reperiatur*, de qvo caſu *vid. Carpz. p. 1. conſt. 17. def. 38,* (2) *de Jure Canonico* vim probandi habet exemplum inſtrumenti, ſi coram Judice vel Magiſtratu originale producatur, qvô perlectô, per publicam perſonam v. c. Notarium vel Actuarium Judicii illud deſcribatur, vel ut textus Juris Canonici loqvitur, exempletur. Eſt autem ille textus *in cap. ult. 16. X. de Fid. inſtrum. Ubi Pont. Gregorius IX.* ita ſentit: *Si inſtrumenta propter vetuſtatem, vel propter aliam juſtam cauſam exemplari petantur. Coram Ordinario Judice vel delegato ab eo ſpecialiter præſententur. Qvi ſi eâ diligenter inſpectâ, in nullâ ſuâ parte vitiata reperit per publicam perſonam illa præcipiat exemplari, eandem autoritatem per hoc cum originalibus habitura:* Addunt nonnulli Doctores hoc reqviſitum, ut exemplum deſumi debeat ex originali non ſolum coram Judice, ſed & *parte præſente.* Qvod qvidem ego haud puto eſſe neceſſari-

*Cap. 1. X. de Fid. Inſtr.*

*Qvibus Caſibus Exemplum probet ut Originale.*

(1) *Si repertum in Archivis publicis*

(2) *Si exemplum deſumtum coram Judice ab Actuario vel Notario ex avthentico c. ult. X. de Fid. Inſtr.*

ſarium, dum Judicis præſentia omnem tollit fraudem & ſuſpicionem (3.) *In ſupr. Appellat. Judicio* ne qvidem ipſius Judicis præſentia neceſſaria eſt, Sed ſufficit, ſi originale producatur & exhibeatur *Secretario Judicii*, qvi inſpectô originali & factâ collatione manu ſuâ atteſtari debet, concordare copiam ſuo originali, & ita in proceſſu præſertim ordinariô, manu ſecretarii ſubſcriptum exemplum æqvalem cum Originali habet fidem. Doctores alios qvoqve recenſent caſus, qvibus exempla perinde probant, uti originalia, huc referunt (4) ſi exemplum ab eòdem Notariô, qvi originale fecit, ſcriptum fuerit, qvamvis alii rectius ſentiant, ut Notarius hoc agere non poſſit, ut exemplum perinde valeat, ac originale. De eo dubitandum non eſſe videtur, (5) qvod ſi ad rogationem utriusq; partis in præſentia teſtiũ exemplum Notari9 ex avthentico deſumtum ſcripſerit, plenam fidem habeat (6) Porrô ſi ipſe *Adverſarius exemplum produxit vel dedit.* Nonnulli putant, exemplum in *antiqvis* probare, ſi ſolenne ſit. 7. Notandus tandem hic venit caſus, qvid ſtatuendum? *Si inſtrumentum Notarii in dubium vocetur, num conveniat cum Protocollo & originali Notarii, numnè tunc admittendus ſit adverſarius, ut ex protocollo Notarii aliud probet, numqve tunc major fides ſit habenda Protocollo, qvàm inſtrumento? qvod affirmant Doctores ex L. ſi qvis ex argentariis 6. §. penult. & ult. ff. de edendo.* Qvod *Carpzovius* demum concedit cum *Maſcardo part. 1. Concl. 17. def. 44.* ſi protocollum debita habeat reqviſita: *Subſcriptionem & ſigillum Notarii: rogationem, publicationem, locum & tempus celebrati actus. In Judiciis Saxonicis* maximè vim probandi habet *exemplum*, qvando originale non ſolum in Judicio eſt pro-

(3) *In ſupr. Appellat. Judicio copia vidimata à Secretario Judicii vim probandi habet.*

(4) *Si Originale & Exemplum ab eodem Notario confectum*

(5) *Si ad rogationem utriusq; partis à Notario coram Teſtib9 Exemplũ ſcriptum.*

(6) *Si ipſe Adverſarius Exemplum produxit.*

(7) *Num Major fides habenda ſit Protocollo Notarii qvam Inſtrumento.*

 du-

(8) *In Judiciis Saxonicis probat Exemplũ actis inſertum cujus Avthenticum jam eſt recognitum. Fides inſtrumentorum judicis arbitrio committenda.*

ductum, ſed & à parte adverſa recognitum (de qvâ recognitione modò plura dicemus) tunc ſi à Notario Judicii copia inſtrumenti actis inſeratur, illa maximè probat, qvæ fides tamen inſtrumentorum vel avthenticorum vel exemplorum tàm præciſè determinari non poteſt, ſed illa arbitrio & legalitati Judicis committenda eſt, cujus eſt judicare, qvam probandi fidem habeant vel non. Et qvi nec authenticis nimium, nec exemplis minimum tribuere debet.

Not. 8. *Jure Saxonico circa probationem, qvæ ſit Inſtrumentis ſpecialia qvædam in Judiciis recepta. vel circa Modum & tempus productionis documentorum vel eorundem editionem & recognitionem*

Not. 8. Dictum eſt hactenus de fide Inſtrumentorum vel publicorum vel privatorum, vel avthenticorum vel exemplorum, prout illa fundata eſt Jure Civili & Canonicô, à qvibus Juribus Saxonicum Electorale non qvidẽ recedit, nonnulla tamen addidit, qvæ ad Proceſſum forenſem ſpectant, vel circa *modum & tempus productionis inſtrumentorum*, qvibus aliqvis uti vult in judiciô vel ad probandum vel reprobandum, vel circà *editionem*, vel deniqve *recognitionem* documentotum, qvæ poſterior, recognitio nempè ſolennis peculiariter recepta eſt Lege & obſervantiâ Judiciorum Saxonicorum, adeò ut inſtrumenta producta ad probandum, ſive publica ſint, ſive privata, nihil probent in judiciô, niſi recognita fuerint ab adversâ parte, contrà qvam producta ſunt, de qvibus omnibus jam plura dicemus partim ex Conſtitutione noſtrà, partim *ex Ord. Proc. tit 24. 25. 26.*

Not. 9. *Modus & Tempus productionis documentorum in foro Saxonico.*

Not. 9. Et qvod qvidem (1) *modum & tempus* attinet, qvibus inſtrumenta producenda ſunt ab eo, qvi iis uti cupit ad probationem ſuæ cauſæ vel reprobationem, de *Jure Saxonicô* omninò diſtingvendum eſt inter *Proceſſum ordinarium vel ſolennem & ſummarium vel executivum.* In Or-

Ordinario Proceſſu, de qvo præſens Conſtitutio loqvitur non ſtatim intra terminum ſaxonicum probatorium unà cum articulis probatoriis ipſa authentica & originalia producenda ſunt, ſed ſufficit, ſi exempla illorum à producente producantur, qvæ poſtmodum in termino vel poſt terminum ipſis originalibus confirmare debet, neqve probationem deſeruiſſe videtur ideò, cum productio copiarum intrà terminum hâc Conſtitutione pro ſufficienti & relevante pronuntietur. Perſpicicua ſatis ſunt verba noſtræ Conſtitutionis hæc: **Hätte Zeugführer** intrà terminum copeien **Brieflicher Uhrkunden übergeben und eingelegt / und würde dieſelbige** poſt terminum **folgends mit den** Originalien **ſtercken/ſo ſoll er damit zugelaſſen/und ſolches zur Beweiſung erheblich / und** relevant **geſprochen und erkandt werden.** Præſens hæc noſtra Conſtitutio non paucis aliis reqviſitis aucta & illuſtrata eſt in *Ord. Proc. tit. 24.* **Von den Brieflichen Uhrkunden.** Ex qvo textu ſeqventia potiſſimum annotanda erunt, (1) Ille, cui injuncta eſt probatio, ſi velit inſtrumentis probare vel partim inſtrumentis, partim teſtibus, perinde uti ille, qvi ſolis teſtibus probare vult, hoc facere debet intrà terminum Saxonicum, ob verba Conſtitutionis XVI. præcedentis initialia & generalia. Qvemadmodum itaqve ille, qvi teſtibus probare vult, intrà terminum probatorium articulos probatoriales Judici offere debet, Ita qvoqve ille, qvi in ordinario proceſſu inſtrumentis probare vult, vel teſtibus & inſtrumentis ſimul, intrà terminum ſaxonicum *articulos probatoriales* offerre debet, qvibus intentionem ſuam & tenorem documentorum inducere & exprimere, iisqve inſimul copias documentorum, qvibus uti vult, an-

*In Ordinario Proceſſu qvādo producenda documenta? Modus productionis Teſtium & Inſtrumentorum idem eſt & ad eadem fatalia reſtrictus*

*Ord. Proc. Tit. 24. continet reqviſita productionis Documentorum varia.*

*1. Intra Terminum probatorium & Articuli probatorii & Copia Documentorum offerenda ſunt.*

 necte-

nectere debet. Verba *Ord. Proc. tit. 24. initialia hâc* de re ita diſponunt. Da der Kläger oder Beklagte etwas mit Briefflichen Uhrkunden beweiſen / oder neben der Zeugen Auſſage mit einbringen wolte / ſoll er ſolches / wie obgedacht / binnen der Zeit zur Beweiſung nachgelaſſenen Sächſ. Friſt / zu thun / ſein Intent, umb beſſerer Nachrichtung willen / gleichfals in gewiſſe Articulos probatorios zuverfaſſen / den Tenorem documentorum, und welcher Geſtalt er ſich eines und des andern Urkunds zu gebrauchen vermeinet / deutlich zu induciren, und Abſchrifften beyzufügen / ſchuldig ſeyn / (2) In *utrâque probatione*, tàm illâ, qvæ fit per teſtes, qvàm qvæ inſtrumentis fit, elapsô terminô probatoriô nec plures teſtes producere, nec alia inſtrumēta licet, qvamvis ſibi hoc ante elapſum terminum Producens reſervaverit, niſi probare poſſit, ſe illa documenta, qvibus uti vult, intrâ illum terminum, neqve habuiſſe, neqve habere potuiſſe, tunc ulteriori Productione admittitur, nec tamen aliter, niſi illorū documentorum mentionem fecerit in ipſis articulis probatoriis, vel compulſoriales à Judice petierit, qvod etiam obtinet, ſi juramentô confirmare poſſit, ſe durante terminô Saxonicô notitiam ejusmodi documenti non habuiſſe, ipſa verba *Ordin. Proc.* rem claram faciunt & perſpicuam; Weil auch derſelbe terminus peremptorius iſt / hernacher ferner da mit nicht zugelaſſen werden / wenn gleich der Terminus productionis noch nicht gehalten wäre / und er ihm innerhalb der Sächſ. Friſt Wörtlich bedinget hätte / mehr Briefliche Uhrkunden zu produciren, Es wäre denn Sache / daß er ſolche Documenta innerhalb der Sächſiſchen Friſt nicht gehabt / noch zu Wege brin-

*(2.) Elapſo Termino Probatorio nec plura vel alia documenta producere licet*

*Limitationes hujus reqviſiti*

bringen können / ſondern dieſelben erſt hernacher erlanget / denn auff dem Fall ſoll er mit fernerer Production zugelaſſen werden; Jedoch andererer Geſtalt nicht / er hätte denn zuvorn bey den Artikuln auff ſolche Urkund ſich beruffen / und umb Compulſoriales gebeten / ſonſten ſoll Er Eydlich erhalten / daß er in wehrender Sächſ. Frieſt hiervon keine Wiſſenſchafft gehabt.

*Inſtrumentū non habens qvod producere qvis vult ſi Commune ſit, illud ab adverſario petere poteſt ut edat.*

Carpzovius circà hanc Conſtitutionem def. 6. rectè monet, Qvod intrà terminum probatorium ſe referens ad Inſtrumentum commune, qvod eſt penes adverſam partem, non ſtatim probationis jure privandꝰ ſit, qvamvis copiam non produxerit, qvò caſu tamen puto neceſſarium eſſe, ut producens editionem petat ejusmodi documenti communis ab adverſario, & Judicem ideò imploret ad injungendam editionem parti adverſæ, interdum qvoqve ſufficit aliqvam ſaltem partem inſtrumenti producere, qvæ potiſſimum facit ad cauſæ probationem *L. 10. §. 1. ff. de de edendo. cap. contingit. 5. X. de fide Inſtrum. Carpzov. part. 1. Conſtit. 17. def. 5.* Qværes tamen arbitrio Judicis committenda eſt, qvi ſi videat partem inſtrumenti producti non ſufficere, integri Documenti injungere poteſt productionem producenti per ſententiam. Ita ſæpius memini pronuntiatum fuiſſe in ſupr. Appellat. Judic. Daß Kläger das völlige Document, darauff der beygefügte Extract genommen vor allen Dingen zu den Acten zu bringen ſchuldig.

*Qvando ſufficiat partem ſaltem Inſtrumenti ad probandum inducere.*

*Judicis arbitrio hæc res relinqvitur*

Not. 9. Circà *tempus* productionis documentorum *qvæſtio* occurrit de Jure Saxonicò: *Num illa ſtatim cum libello produci poſſint & ante litis conteſtationem, an verò*

Not. 9. *Num inſtrumenta ante*

*verò poſt litis demum conteſtationem à tempore rei Judicatæ vel illius ſententiæ, qvâ parti litiganti probatio injuncta eſt, producenda ſint intrà terminum ſaxonicum?* Et ad hujus qvæſtionis deciſionem jam adhibenda eſt illa diſtinctio, cujus jam anteà mentionem fecim9 inter *Ordinarium Proceſſum & Executivum.* Qvod ſi enim ordinarius ſit proceſſus, tunc qvamvis ille, cui probatio injuncta eſt documenta literaria inſimul cum libellò producat, ſuper illis tamen nihil pronuntiatur, anteqvam lis ſit conteſtata, ita ut ejusmodi documenta Actor, qvæ jam ſemel produxit, iterum reproducere debeat, *qvoqve Ordinario exceptionis loco producantur documenta, qvibus exceptio litis ingreſſum impediens probari poſſit, hoc caſu ſuper recognitione documentorum cognſci poteſt.* Qvod ſi vero executivus ſit proceſſus & ejusmodi documenta producantur, qvæ paratam ſecum ferunt executionem & inde dicuntur gvarentigiata, tunc ſtatim Reo recognitio ejusmodi documentorum injungenda eſt, qvâ factâ, definitivè ſententia ferri poteſt, ſi nempe ejusmodi inſtrumentis nihil validè opponi potuit, qvod executionem ſententiæ impedire poſſet. Magis perſpicuè hoc explicatur *in §. fin. tit. 24. x Ord. Proc. Ubi hæc habentur verba:* Wenn auch gleich einer Briefflíche Urkunden alſo bald neben der Klage einbracht/ſoll doch hierauff nicht ehe erkandt werden / es habe denn zuvor Beklagter den Krieg Rechtens beveſtiget und Kläger ſolche documenta in vim probationis reproducirt, es wären dann ſolche Uhrkunden / welche Vermöge der Landes-Ordnung alsbald paratam executionem mit ſich bringen / und würde darauff umb vollnſtreckung derſelben alleine das Richterliche Ambt angeruffen / oder es

*Litis Conteſtationem produci poſſint?*

*Rx. Diſting. inter Proceſſum Ordinarium & Executivum.*

*In proceſſu Ordinario ſuper Inſtrumentis nihil pronuntiatur ante L. C.*

*In Executivo Proceſſu ſtatim Reo injungitur Documentorun recognitio, ſalvis Exceptionibus.*

es wäre mit dergleichen Originalien eine Exceptio litis ingreſſum impediens beſcheinet worden / denn in dem Fall mag man wohl dem Beklagten alſo bald die Recognition aufferlegen / und wann ſolchen die Verſchreibung / oder andere Uhrkunden / richtig befunden / ohne fernern Proces auff die Hülffe definitivè, oder was ſich ſonſten gebühret / erkennen. Magis perſpicuè hæc qvæſtio propoſita deciſa deprehenditur in Nov. deciſ. XII. Ob in cauſis Executivis, Durch Beweiß und Gegenbeweiß / oder nur vermittelſt der Recognition Brieff und Siegels / zuverfahren? Huic textui affinis & textus in Erörterung der Lands-Gebrechen *de Anno 1661. tit.* von *Juſtitien* Sachen §. 2. Wie auff Urthel / Abſchiede / und Gerichtliche Receſſe auch Brieff und Siegel zuverfahren. Et tantum de modo & tempore productionis documentorum in Jure Saxonicô receptô, vel in proceſſu ordinario vel executivo.

*Deciſ. Nov. 21.*

Not. 10. Dicendum nunc de Recognitione documentorum ſingulariter Jure Saxonicô inventa & recepta, de qvâ ſpecialiter tractatur in *Ord. Proc. Tit. 25.* Von Recognition Der Brieflichen Uhrkunden. In anteceſſum hic præſupponenda eſt regula Generalis, qvod inſtrumenta ad probandum inducta in judiciô, ſive publica ſint, ſive privata nihil qvicqvam probent, niſi ab adverſa parte, contrà qvam producuntur, recognoſcantur. Qvæ regula cum vel planè nullas, vel paucas admittat limitationes, operæ pretium erit, de reqviſitis recognitionis documentorum in judiciis Saxonicis receptæ ex Legibus & Conſtitutionibus qvædam annotare. (1.) Documenta illa, qvæ judicialiter ad probandum producuntur à parte illâ, contrà qvam

Not. 10.
*Recognitio Documentorum Jure Saxonico inventa.*
*In foro Sax. Documenta regulariter non probant niſi recognita.*
*Reqviſita recognitionis Documentorũ*

indu-

inducuntur, prævià factâ citatione ad recognoſcendum recognoſcenda ſunt, ita tamen, ut recognoſcenti exceptiones contra viſibilem documenti ſuſpicionem ſigilli, vel alios defectus meritò reſerventur. Verba textus *Ord. Proc. tit. 25. initialia ita habent.* Alle Briefſliche Uhrkunden / welche Gerichtlichen produciret, ſoll das Part / wieder welche Sie einbracht / auff vorgehende von dem Producenten außgebrachte Ladung / beſichtigen und ſeine Einrede / ob er darwieder ſichtbarliche Argwöhnigkeit / mangel am Siegeln / oder dergleichen hätte / alsbald darauff anzeigen / und ſolches alles / ſo wohl / wie es im Augenſchein befunden / mit Fleiß zu den Acten regiſtriret werden. (2) Permiſſum eſt ei, contrà qvem inſtrumenta producta ſunt, illa ipſa vel in propriâ perſonâ, vel per mandatarium recognoſcere, vel Jurato diffiteri, qvæ diffesſio tamen jurata per procuratorem vel mandatarium exerceri non poteſt, ſed fieri debet *perſonaliter* ab ipsô principali, qvæ diffesſio illud continet, ut juret, qvod neqve manum, neqve ſigillum noverit illius, qvi inſtrumentum conſcripſit, & ſi illa pars, conttà qvam inſtrumentum producitur, illud vel recognoſcere, vel jurato diffiteri detrectet, tunc documenta pro recognitis per ſententiam pronuntiari posſunt. Non tamen ſolet Judex facilè admittere juratam inſtrumentorum productorum diffesſionem, anteqvam videat & perſpiciat inſtrumentorum qvalitatem, num diffeſſa aliqvid probare Posſint, nec ne? Qvod ſi enim nihil præjudicii creent documenta, diffesſio jurata concedenda non eſt, tanqvam inutilis & ſuperflua, cum juramentorum uſus in abuſum non ſit convertendus. Pertinent huc

*(1) Omnia documenta recognoſcenda ſalvis Exceptionibus.*

*(2) Recognitio Documentorũ vel â Principali vel Procuratore fieri poteſt Diffesſio jurata â ſolo Principali.*

*Quando jurata diffesſio locum non habeat?*

huc verba Ord. *Proc. tit. 25. ſeqq.* Weil es auch in den Gerichten unſerer Lande alſo herbracht/daß ein ieder die Brieflichen Urkunden / welche ſein Gegentheil wider ihn producirt, wenn ſie gleich nicht ſein Hand und Siegel haben / vor ſich oder durch ſeinen Mandatarium zu recognoſciren / oder in der Perſon eydlich zu diffitiren / daß er nehmlich weder Hand noch Siegel kenne / angehalten wird / ſo laſſen wir es bey ſolcher angeführten Gewohnheit / und das im widrigen Fall / da ſich der Principal der Eydlichen Diffeſſion verweigerte die Uhrkunden pro recognitis und dafür gehalten würden/ als wenn ſie an ſich ſelbſt richtig wären/auch bewunden/ alleine ehe es zur Eydes Leiſtung gereichet/ ſoll darauff Achtung gegeben werden/ ob es auch ſolche Urkunden ſeyn / welche / wenn ſie an ihm ſelbſt richtig wären/ wider den / der ſie eydlich diffitiren ſoll/ etwas erweiſen könten / denn ſonſten / da ſie ihme nichts præjudicirten/ ſoll er mit der Eydlichen diffesſion / als die in ſolchen Fall gantz vergeblich verſchonet bleiben. (3.) Qvod ſi producens nolit admittere adverſam partem ad juratam diffesſionem productorum documentorum, ſed malit documentum per alios recognoſci tanqvam teſtes, illi jurare debent, qvod ſuper productis documentis veritatem dicere velint, pro qvibus talia ſint habenda, ita tamen ut producens articulos unà cum nominibus teſtium & recognoſcentium, nec non copiis horum documentorum, intra terminum Saxonicum offerat Judici, qvô caſu parti adverſæ interrogatoria offerre permisſum, ita tamen ut illa non ad merita cauſæ, ſed ſolum ad externam formam, manus & ſigilli documentorum ſint directa. Pleniùs hæc recenſentur in *Ord. Proc. tit. 25. §. ult.* Da aber dem

*(3.) Diffesſio jurata impediri poteſt à Producente, ſi malit documentum recognoſci à Teſtibus.*

E Pro-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0034-3

Producenten bedencklichen wåre / durch ſeinem Widerpart die Producirten Documenta Eydlich diffitiren zu laſſen / ſondern viel lieber andere Recognoſcenten / als Zeugen angeben wolte / ſollen dieſelbe vorher ſchweren / daß ſie auff die vorgelegten Uhrkunden / wofür ſie dieſelben halten / oder erkennen / die rechte Wahrheit ſagen wollen / doch ſoll in ſolchen Fall der Producent Articul / ſambt Nahmen der Zeugen / und Recognoſcenten / auch Abſchrifften von den Briefflichen Uhrkunden / in Såchſiſcher Friſt zu übergeben / und Commiſſarien auszubitten ſchuldig / und dem andern Theil Interrogatoria dawieder zu übergeben / nachgelaſſen ſeyn / doch daß dieſelben nicht ad merita und contenta inſtrumentorum, ſondern alleine auff Hand und Siegel / und alſo auff externam formam der Uhrkunden gerichtet werden.

*Not. II. Reqviſita peculiaria Dd. & Interpretũ ſpecialia circa recognitionem Documentorum.*

Not. II. Et hæc præcipua ſunt illa reqviſita, qvæ circa recognitionem documentorum legibus & Conſtitutionibus Saxonicis continentur, Interpretes tamen & Doctores Juris Saxonici varia monent adhuc circa recognitionem Documentorum vel eorum diffeſſionem, vel â Partibus, vel â Judice obſervanda, ex qvibus pauca attingemus. (I.) In foro Saxonico inſtrumenta ad probationem producta nihil probant, niſi ab adversâ parte, contra qvam producuntur, recognoſcantur, rationem dant Doctores, qvòd ideò formalis & ſolennis documentorum recognitio conſvetudine Saxonicorum Judiciorum ſit introducta, qvod per illam brevi qvaſi manu & propriâ qvaſi confeſſione & agnitione documenti aliqvis poſſit convinci, qvod talis recognitio ſpecies ſit confeſſionis, unde cer-

*(I.) Inſtrumenta in judicio producta jure Saxonico nil probant, niſi recognoſcantur.*

certum eſt, qvod in foro Saxonico ſine vitio nullitatis omitti neqveat, et ſi illam producens petere negligat, Judex ex officio illam Parti adverſæ injungere poteſt, libertate tamen ei relictâ, num ſi nolit recognoſcere, illud Jurato diffiteri velit. Formula pronuntiandi hæc eſſe ſolet: Daß Beklagter das producirte Document vor allen Dingen zu recognoſciren/ oder Eydlichen zu diffitiren ſchuldig. Et ſi pars, cui recognitio vel diffesſio injuncta eſt, documentum productum vel recognoſcere vel diffiteri recuſet, tunc ejuſmodi documentum pro recognito pronuntiatur, Daß das producirte Document nunmehro pro recognito zuhalten. Ad qvam tamen ſententiam Judex pervenire non poteſt, niſi comminatio in ſententiâ, qvâ recognitio vel diffesſio alicui injuncta eſt, annexa fuerit, hâc formulâ; Daß Beklagter das producirte Document zu recognoſciren oder Eydlich zu diffitiren ſchuldig / in ferner Verbleibung / wird daſſelbe pro recognito billich auff und angenommen. Et qvod qvidem recognitio documentorum in Judiciis Saxonicis, qvæ ad probandum producuntur, ſine vitio nullitatis omitti neqveat, adeò extendit *Carpzovius* in Proceſſu, ut illa neqve conſenſu partium remitti posſit, qvæ ſententia admodum mihi dura videtur, cum conſenſu Partium teſtibus juramentum remitti poſſit, qvidni ergò recognitio? qvæ aliàs extra Electoratum Saxoniæ, ubi jus commune locum habet, ignoratur, & hæc magis ſolennitas ſit, qvàm reqviſitum aliqvod eſſentiale, & ut inſtrumentum aliqvid probet productum non ſit recognitioni tribuendum, ſed Judicis arbitrio committendū. Accedit, qvod interdū recognita etiam documenta nihil probent, & Reus ſæpè abſol-

(2.) *Recognitio documenti ex officio parte nō petente à Judice Parti injungi poteſt.*

(3.) *Qvando documentum pro recognito à Judice pronuntietur.*

*Q. Nam recognitio Documentorum à Partibus remitti posſit? Neg. Carpzov.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0036-5

*Regulariter recognitio Documentorum ad Probandũ productorum neceſſaria eſt in foro Saxon. in Ordinario Proceſſu poſt Lit. Conteſt. ſecus in Executivo.*

vatur, qvamvis recognoverit, ſi tale ſit documentum, qvod intentionem Actoris prorſus non probat. Interim regulariter verum eſt, qvod recognitio documentorum tàm in proceſſu ordinario, qvam ſummario ſit neceſſaria, hâc tamen differentiâ, qvod inſtrumenta in *ordinario* proceſſu demum poſt litem conteſtatam ſint recognoſcenda, niſi talia ſint, qvæ in vim litis ingreſſum impedientis exceptionis opponuntur; In Executivo verò proceſſu ſtatim libello annectuntur & unà cum libello ad recognoſcendum in limine Judicii producuntur & recognitio ipſa loco litis conteſtationis eſt;

Not. 12.

*In Foro Saxonico, non ſolum privata ſed & publica recognoſci debent documenta.*

Not. 12. Circà recognitionem documentorum non intereſt, num inſtrumenta ſint publica, vel privata? Qvamvis enim de Jure Communi recognoſci debeant inſtrumenta privata. *L. 20. C. de fide Inſtrument.* publica verò inſtrumenta etiam ſine recognitione plenam fidem faciant *L. 11. C. qvi potior. in pign.* obſervantiâ tamen fori Saxonici aliud receptum eſt, qva etiam inſtrumenta publica, niſi recognita fuerint, nihil probant, ob textum Generalem *Ord. Proc. tit. 25. in pr.* Alle Briefliche Uhrkunden. *Carpz. Conſt. 17. def. 20. Heigius. part. 2. qv. 7. n. 32.* Porrò non intereſt num inſtrumenta ſint *ſigillata* & *ſubſcripta*, vel *ſigillata* & non *ſubſcripta*, vel nec *ſubſcripta*, *nec ſigillata*, modò illius nomen contineant, contra qvem producuntur. Nomen enim ſæpius in frontiſpiciô apponi poteſt documenti, qvod ſi tamen nullum nomen contineat, exceptio locum habet: *Non ſum nominatus in inſtrumento.* *Carpzovius* etiam exiſtimat *def. 23.* non probare inſtrumentum abſqve recognitione, etiamſi in Inſtrumento recognitioni expreſſe fuerit renuntiatum. Neqve *authen-*

*Nomen contineant ejus Inſtrumenta contra qvem producuntur. Et Authentica Inſtrumen-*

*thentica* ſolum recognoſcenda ſunt *inſtrumenta*, ſed & Copiæ *à Judice vel Notario vidimatæ*, interdum etiam ſolæ copiæ in *antiqvis* vel ex *Archivis deſumptæ*, antea enim diximus, probationem ſolam non pendere ex recognitione, ſed Judicis arbitrio, cum non *parti*, ſed *Judici* fiat probatio. Uti etiam totus ferè actus recognitionis directioni vel decreto Judicis committitur, ſi vel *recognitio planè non ſit facta*, tunc per ſententiam illam injungere poteſt, hâc formulâ: Daß Beklagter ſeines Vorwendens ungeacht das producirte Document zu recognoſciren ſchuldig. Si autem *recognitio legitimè* vel *decenter* non ſit *facta*, i. e. Si neqve *manum*, neqve *ſigillum*, vel formam externam neqve *contenta inſtrumenti* qvis recognoverit, pronuntiari ſolet: Daß Beklagter das producirte Document anderer Geſtalt und beſſer / ob ſolches ſeine Hand und Siegel / oder wovor er ſolches halte / und wie ſolches induciret worden / zu recognoſciren ſchuldig. Qvod ſi plura ſint ad recognoſcendum inſtrumenta producta, & *qvædam recognita*, *qvædam non*, hæc ſententia concipi ſolet: Daß Beklagter die Producirten Documenta ſub Lit. A. B. zur Nothdurfft recognoſciret / er iſt aber auch die ſub Lit. C. und D. ſeines Vorwendens ungeacht zu recognoſciren ſchuldig. Qvod ſi Reus prorſus detrectet recognoſcere, & præviâ comminatione ei jam per ſententiam injuncta ſit recognitio, tunc tutò Judex documentum pro recognito habere poteſt: Das das producirte Document nunmehr pro recognito auff und anzunehmen. Datur tamen caſus in Jure qvoq; Saxonicô, ubi inſtrumentum etiam probat plenè, qvamvis non ſit recogni-

*ta & Copiæ vidimatæ recognoſci debent.*

*Actus recognitionis Judicis arbitrio, committitur injungendus parti.*

*Si plane non ſit facta recognitio.*

*Si non legitime.*

*Si nonnulla recognita ſint, Nonnulla non*

*Si detrectet Pars recognoſcere.*

*Inſtrumentum à Teſtibus ſubſcriptum va-*

 tum

*let ſine recognitione.*

tum ab eo, contrà qvem productũ eſt, ſi nempè ſit à *teſtibus ad minimum duobus ſubſcriptum & aſſertio accedat* teſtium *jurata*, vel teſtes, qvi documento ſubſcripſerunt, illud recognoſcant. Neqve etiam Judex compellere poteſt ad recognoſcendum aliqvem illud inſtrumentum, qvando

*Inſtrumenta qvæ nil probant recognoſcenda non ſunt.*

prorſus non facit ad *intentionem* illius, qvi producit, uti enim ſupervacua probatione, ita qvoqve inutili recognitione nemo gravandus eſt in Judiciis. *Carpz. part. 1. Conſt. 17. def. 24. 25.*

*Comparatio literarum inſtar recognitionis interdum eſt.*

Interdum qvoqve comparatione literarum ſublevatur recognitio documentorum, qvod maximè verum eſt, ſi ſcriptura ejus producatur defuncti alicujus, qvæ nemini cognita eſt. *Nov. 73. cap. Si qvis igitur. Coler. de Proc. Execut. part. 3. c. 1. n. 145.*

Not. 13.

*Per Procuratorem ſpeciali Mandato Inſtructum recognitio fieri poteſt.*

Tandem circa *recognitionem documentorum* illud adhuc notandum eſt, qvod illa etiam fieri poſſit per procuratorem, ſi ille tamen mandato ſpeciali ad recognitionem ſit inſtructus, cum recognitio magni ſit momenti, præſertim in proceſſu executivo, ubi factâ recognitione Reus condemnatur. *Carpz. part. 1. Conſt. 17. def. 43.* Et hoc ipſum expreſſe probatur *Ord. Proc. tit. 25.* §. Weil es auch / In verbis oder durch ſeinen Mandatarium zu recognoſciren. Qvod etiam extendunt Doctores ad *Curatorem litis*.

*Jurata diffeſſio documenti ab ipſo Principali fieri debet etiam muliere.*

Secus ſeſe res habet circà diffeſſionem juratam, qvæ ab ipſo Principali fieri debet. Ob verba *Ord. Proc. tit. 25.* §. Weil es auch. In verbis oder in der Perſon Eydlich zu diffitiren. Adeò, ut etiam mulier, per curatorem ad diffitendum non admittatur. *Berl. part. 1. Concl. 44. n. 20.* Eſt enim Jusjurandum perſonaliſſimum, qvod per Procuratorem præſtari non poteſt. *Capit. Veritatis 14. X. De jurejur. L. 12. §. His de. C. de reb. creditis. & Jurejur. Carpz. part. 1. Conſt. 17. def. 19.*

Et

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0039-5

Et ita in duobus qvaſi differt *recognitio* documentorum à *diffeſſione*. (1) Qvod *illa* fieri poſſit per procuratorem, hæc non: (2) Qvod illa fieri poſſit citrà juramentũ, qvæ differentia exprimitur *Ord. Proc. tit. 13.* §. Deßgleichen wenn der / welcher die Brieflichen Uhrkunden recognoſciren ſoll / nach Erſehung derſelben / auſſagen und bekennen würde / daß es die Hand oder Siegel ſey / dafür es vom Gegentheil außgegeben wird / ſoll er dabey gelaſſen / vñ hierüber mit keinẽ Eyde, wie in puncto diffeſſionis, beleget werdẽ. Coronidis locò annectimꝰ adhuc circà recognitionẽ documentorũ, qvod illa regulariter fieri debeat in judicio, ubi controverſia agitatur, niſi ex cauſa *Senectutis*, *valetudinis*, *vel illuſtris Dignitatis Judex* permittat recognitionem fieri extrà locum judicii in ædibus privatis. Neqve tamen intereſt, num qvis vivâ voce recognoſcat, an in ſcriptis, vel modo ſingulariter recepto in Judiciis Saxonicis: Bey dem Einbringen vom Mund aus in die Feder. Qvâ in re recognitio iterum differt à jurata *diffeſſione*, qvæ coram Judice in judicio Actu corporali & perſonali præſtanda, Et tantum etiam DE RECOGNITIONE INSTRUMENTORUM SAXONICA, reſtat pauca adhuc dicamus de EDITIONE DOCUMENTORUM, partim ex *Jure Civili*, *Canonico*, *partim Saxonico*.

*Differt recognitio à Jurata diffeſſione.* 1. 2.

*Recognitio documentorum in Judicio fieri debet vel viva voce vel in Scriptis.*

Not. 14. EDITIO DOCUMENTORUM non Juri ſolum *Saxonico*, ſed etiam *Civili & Canonico* nota eſt & familiaris, uti patet ex *T. T. ff. C.* DE EDENDO. Imprimis verò ex profeſſo tractatur de illâ in *Ord. Proc. tit. 26.* Vom Edition der Brieflichen Uhrkunden / ſo einer beym Gegentheil ſuchet. Nos potiſſimum & principaliter dicemus de illis, qvæ ad materiam noſtram, nempè *probationem*

*Not. 14. EDITIO DOCUMENTORUM. t. t. ff. & C. de Edendo. Ord. Proc. tit. 26.*

*nem, qvæ fit inſtrumentis*, pertinere videbuntur. Si nempè qvis INSTRUMENTIS probare velit intentionem ſuam, illa autem INSTRUMENTA, qvibus uti vult, ipſemet nō habeat ſed illa ſibi vel *à Reo*, vel *tertio* vel *ipsô Judice* exhiberi & edi petat. Qvomodo etiam Actor à Reo, Reus autem viciſſim ab Actore inſtrumentorum EDITIONEM pe te e, & qvibus mediis ille, qvi editionem documentorum recuſat, ad illam compelli poſſit.

Not. 15. *EDITIO ACTIONIS l. 1. ff. de edendo.*

Not. 15. Differt ab hac hâc editione inſtrumentorum EDITIO ACTIONIS, cujus mentio fit *in L. 1. ff. de Edendo. Ubi Ulpianus ita* diſſerit: *Qvâ qvisqve actione agere volet, eam edere debet, nam æqviſſimum videtur, eum qvi acturus eſt, edere actionem, ut proinde ſciat Reus, utrum cedere, an contendere ultrâ debet: Et ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum cognitâ actione, qvâ conveniatur. Et hæc* EDITIO ACTIONIS moribus priſcorum Romanornm variis modis fieri dicebatur, uti manifeſtum eſt ex *L. 1. §. 1. ff. de edendo. Ubi Ulpianus* ita pergit: *Edere eſt etiam copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, & dare vel dictare, eum qvoqve Labeo edere ait, qvi producat adverſarium ſuum ad album, & demonſtret, qvod dictaturus eſt, vel id dicendò, qvo uti velit.* Tot modis hodiè in judiciis noſtris edi non ſolet actio, neqve tanta ſolennitas in edendis actionibus reqviritur, uti nec opus eſt nomen Actionis, qvâ qvis experiri vult, in libello exprimere, ſed Actio pro editâ habetur, qvamprimum Actor deſiderium ſuum Judici vel *vivâ voce* expoſuit, vel in *Scriptis*. Qvi poſterior modus in ordinariis proceſſibus potiſſimum obſervandus eſt, in qvibus ſolenni libelli oblatione opus eſt, qvô ipsô actio edita eſſe videtur, cui *libello* poſtmo-

*Variis modis dicebatur EdiACTIO moribus Romanorum.*

*Qvādo Actio hodie in Judicio edi dicatur?*

modum conformis debet eſſe LITIS CONTESTATIO, PROBATIO, & deniqve ipſa SENTENTIA Judicis.

Not. 26. Nobis præſenti loco ſermo eſt de illà *Editione Inſtrumentorum*, qvæ in ipsò actu probationis peti vel adhiberi ſolet, in qvo vel *Actor à Reo, vel Reus ab Actore*, vel uterqve à *tertio, vel ipsô* etiam *Judice* illa ſibi inſtrumenta vel documenta exhiberi deſiderat, qvibus uti vult vel in probatione, vel in reprobatione, & qvæ ipſemet non habet, ſed qvæ in aliorum ſunt manibus. EDERE nempè nihil aliud eſt, qvam *exhibere* aliqvid & qvaſi producere in medium inſtrumentum, qvod deſideratur, ejusqve copiam legendi & facultatem inſpiciendi vel Judici, cui fit probatio, vel etiam parti adverſæ, à qvâ Editio petitur, præbere. Et ita illa duo vocabula, EXHIBERE & EDERE, ſenſu Juris civilis Romani promiſcuè ſumuntur, uti patet ex *L. 1. & 2. 6. C. de Edendo. In L. 4. C. ibid. Edere vel exhibere dicitur ille, qvi inſpiciendorum inſtrumentorum poteſtatem alteri concedit, vel etiam Facultatem inſtrumentorum deſcribendorum L. 7. C. de edendo.* Ubi edere etiam ille dicitur, *qvi profert apud Judicem ad probandum.* In Jure civili Romano aliàs vocabulum EXHIBERE adhuc alio modo ſumitur, qvando *L. 2. ff. ad Exhibendum, Exhibere dicitur, facere in publico poteſtatem, ut ei, qvi agat, experiundi ſit copia. Qvo titulo actio ad Exhibendum* illa dicitur, qvâ qvis petit ſibi aliqvam rem, qvam ſuam eſſe, vel ſibi illam exhiberi intereſſe, prætendit, ab alio, qvi poſſidet, exhiberi, ut illâ exhibita, ſi rem ſuam eſſe cognoſcat, rei vindicationem inſtituere poſſit. vel alia actione reali contra poſſeſſorem experiri. Et nihil aliud eſt hæc actio ad exhibendum qvam præparatoria ad rei vindicationem

*Not. 26. Editio Inſtrumentorũ differt ab Editione Actionis.*

*Edere & exhibere qvid ſit?*

*ACTIO ad EXHIBENDUM,*



vel

*Res mobiles variæ exhiberi peti poſſunt actione ad exhibendum.*

vel aliam actionem realem. Et hæc actio ob varias res datur, præſertim *mobiles, ſic ratis vi fluminis delata in agrum alterius, actionem dat ad exhibendum. L.5. §.4. ff. ad exhibendum. Sic merces* exhiberi dicuntur *L. 5. ff. princip. ſic gemma* exhiberi dicitur *in L. 6. ſic L. 7. rota exhiberi alterius vehiculo aptata,* dicitur. Et qvæ aliæ res ſunt, qvæ in actione ad exhibendum peti poſſunt ab eô, cujus interest, rem exhiberi, adeô, ut ſub his rebus etiam de Jure Romano *Servus* comprehendatur, qvi bonis annumerabatur. *L.* 3. §. 12. Ubi homo vel Servus variis dicitur exhiberi, qvorum intereſt ſervum exhiberi, ſi alter in ejusmodi ſervo prætendat *proprietatem, alter uſumfructum, tertius poſſeſſionem,* qvartus hypothecam. Et generaliter actio hæc locum habere dicitur, qvando vel Dominus rem ſuam ſibi petit exhiberi à poſſeſſore, vel etiam aliô modo oſtendit intereſſe ſuum, qvare velit exhiberi, ubi tamen opus non eſt, ut ille, qvi ſe Dominum dicit, illud ante exhibitionem oſtendat, cum multæ aliæ ſint cauſæ, ob qvas ad exhibendum agi poteſt, cum *Perſonalis ſit actio & ei competat, qvi in rem acturus eſt, qvalicunqve in rem actione, etiam pignoratitia vel hypothecaria, L.3. §. 2. & 3. ff. ad exhibendum,* & qvamvis ibidem *L. 3. §. 8.* etiam mentio fiat actionis, qvâ *Tabulæ teſtamentum* exhiberi dicuntur *ab hærede, vel extraneo,* illa tamen actio ad exhibendum longè diverſa eſt ab illâ Editione, & exhibitione documētorum, de qvâ præſenti loco agimus. Hic enim loqvimur potiſſimum de illâ Editione inſtrumentorum, qvæ non peculiari Actione petitur, ſed incidenter, qvando ille, cui probatio vel reprobatio injuncta eſt, inſtrumentū edi petat ab alio, qvod ipſe non habet, vel habet qvidem, ſed non in originali

*Servus actione, ad exhibendum peti poteſt.*

*Ex multis cauſis Actio ad exhibendum inſtitui poteſt.*

*Actio ad exhibendum differt ab Editione qvæ incidenter petitur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0043-3

nali, ſed ſolum exemplum. Qvæ editio documentorum per nudam implorationem Judicis fieri poteſt, & incidenter, ita, ut non opus ſit peculiari libelli oblatione. Duplici enim modo Editio impetrari ſolet inſtrumentorum vel documentorum (1) *Per modum Actionis, qvod fit per actionem ad exhibendum*, de qvà actione modò diximus, qvâ non ſolum inſtrumenta, ſed & aliæ res mobiles exhiberi petuntur ab eô, cujus intereſt illas res exhiberi. (2) *Incidenter*, in materià probationis, qvando vel *Actor vel Reus* probaturus aliqvid inſtrumentis, illorum Editionem petit à parte adversà, de qvâ re in præſenti materià de Probatione, qvæ fit inſtrumentis, agimus.

*Duplici modo Editio documentorum peti poteſt (1) Actione ad Exhibendum. (2) Incidenter per ſolam implorationem judicis vel petitionem partis qvæ probare debet.*

Not. 17. Poſterior hæc Editio documentorum, qvæ incidenter petitur, alia eſt, qvæ ab Actore, alia, qvæ à Reo, alia, qvæ à tertio qvodam & extraneo, qvi neqve Actor neqve Reus eſt, neqve conſors litis, petitur, alia deniqve à perſonâ qvàdam publicâ Notario vel ipſo Judice. Qvod (1.) *Actorem* attinet, ille regulariter omnia inſtrumenta & documenta, qvibus uti vult in Judicio, & probare intentionem, Edere & exhibere debet, non ſolum *Reo, ſed & Judici, illi, ut deliberare poſſit, utrum cedere, an contendere ultrà debeat, & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, (i. e. Excipiendum) cognitâ actione, qvâ conveniatur. L. 1. pr. ff. de Edendo.* Judici autem ut ille videat qvid probent. Et hic benè notandum eſt, qvod ab Actore nonnulla inſtrumenta ſtatim in limine judicii edenda ſint, & ipſi qvaſi libello inſerenda, ad qvorum Editionem non compellendus eſt Actor à Judice, ſed ipſemet illa ſtatim annectere debet libello & illorum copiam vel exemplum unâ cum citatione Reo transmittere. Sic receptum eſt in forò Saxonicô, ut Actor in Proceſſu Execu-

Not. 17. *Qvando Actor Inſtrumenta edere debeat?*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0044-9

*In Proceſſu Executivo Saxonico Actor Libello ſtatim annectere debet Inſtrumenta, qvibus uti vult illorumq; Copias Reo transmittere.*

ecutivô, qvando nempè Actionem inſtituit ex inſtrumento gvarentigiato; Wann auff klare Brieffe und Siegel geklagt wird/ ſtatim in limine Judicii illud producat in originali, qvô factô copia hujus inſtrumenti unâ cum citatione & libello Reo à Judice transmittitur, qvi in termino comparere & inſtrumentum in originali productũ recognoſcere debet, qvod ſi vel ipſe Actor neglexerit, vel etiã Judex, tunc Reꝰ vel impunè non comparere, vel ſi compareat exceptionem Actori non communicati libelli, neq; inſtrumenti, ex qvo convenitur, opponere, & inſimul ab Actore expenſas termini exigere poteſt, & ſolet hæc Editio inſtrumentorum Actori ſeqventi formulâ pronuntiandi injungi: Würde Kläger Beklagten nebſt überſchickung der Klage und der Beylage anderweit gebührend vorladen laſſen / auch weil er ſolches itzo nicht gethan / die Unkoſten dieſes termins demſelben erſtatten: So iſt Beklagter zu erſcheinen / und das Producirte document zu recognoſciren ſchuldig. Qvâ ſententiâ opus ſaltem eſt, ſi hoc ipſius Actoris culpâ ſit omiſſum. Qvod ſi enim forte negligentiâ Judicis illud factum, tunc ad inſtantiam ipſius Actoris Judex Reum iterum citare poteſt legitimè, i. e. ut citationi inſeratur copia libelli, necnon ejus documenti, qvô Actor experiri vult executivè contrà Reum. Plenius hæc deſcribuntur, In Erledigung der Landes-Gebrechen tit. von Juſtitien-Sachen §. 2. Wie auff Urthel/ Abſchiede und Gerichtliche Receſſe auch Brieff und Siegel zuverfahren. Ubi hæc notanda ſunt verba: Da aber Kläger ſeines Schuldeners klare Brieff und Siegel / oder andere Documenta, darinnen er Ihm eine richtige Summa Geldes zu bezahlen verbunden / in Hän-

*Editio documenti gvarentigiati Actori per ſententiam injungi poteſt in proceſſu executivo, ut nempe Reo transmittatur Copia Inſtrumenti*

Erled. der Lands-Gebrechen *Tit. von Juſtitien* Sachen §. 2.

Händen/und er würde ſolches in unſern Gerichten vorlegen/ auch von denen Uhrkunden/ dadurch er ſeine Schulden zubehaupten vermeinet / beglaubte Abſchrifft/ nebſt einer richtigen Liqvidation und Schreiben/ darinnen er umb recognition Brieff und Siegels und Execution anhält/ zu denen Actis geben/ ſo ſoll der Beambte oder Richter/ vor dem die Sache gehöret/ ſolches alſobald dem Beklagten/ nebenſt allen Beylagen zuſchicken/ Ihme Vollſtändige Sächſiſche Friſt à tempore inſinuationis anzurechnen/ einräumen/ und darneben aufferlegen/ auff einen gewiſſen Tag erſcheinen/ Brieff und Siegel/ oder andere Documenta/ dadurch die geklagte Schuld zu beſcheinigen/ recognoſciren, oder Eydlich diffitiren.

Not. 18. In ipsô porrò limine judicii & ante *litis conteſtationem* vel in proceſſu executivo ante recognitionē documenti ab Actore illa inſtrumenta producenda & edenda ſunt, qvibus perſonam ſuam legitimare cupit, qvod etiam Reus facere debet, ſi illi Exceptio legitimationis opponatur. Per qvam *legitimationem* non ſolum *legitimatio* intelligitur *Perſonæ*, *Actoris vel Rei*, ſed etiam ad *cauſam*. Exemplis res fit manifeſta, *ſi Actor vel Reus* per Procuratorem vel mandatarium in judicio comparere velint, & talis ſit cauſa, in qvâ Procurator vel mandatarius admittitur, tunc Procurator vel mandatarius mandato vel generali vel ſpeciali Perſonam ſuam litigimare debet, Editione & Exhibitione mandati ſolennis. Qvod in foro Saxonico adeô neceſſarium eſt, ut ſi procurator illud in limine Judicii nec edat, nec exhibeat, non ſolum repellatur à Judicio, ſed etiam Advocatus cauſæ multâ pecuniariâ ple-

Not. 18. *Qvænam Inſtrumenta edenda ab Actore ante Litis Conteſtationem? Ante litis conteſtationem vel Recognitionem in proceſſu executivo edenda ſunt ab Actore vel Reo Inſtrumēta, qvæ faciunt vel ad legitimationē Perſonæ, vel ad cauſam*

ctatur qvinqve talerorum, & ſi iteratâ vice ſine mandato in judicio compareat, decem Joachimicorum multâ ipſi9 negligentia coërcetur, qvâ de re pluribus diſponitur in *Ord. Proc. tit. 7.* Von den Anwalden und Vollmachten. Ubi porrò diſponitur, qvod in limine Judicii cujuscunqve Proceſſus Advocati debeant Perſonas ſuas editione & productione *mandatorum*, *Syndicatuum*, *Curatoriorum vel Tutoriorum* ſub pœnâ prædictâ offerre Judici. Qvod idem qvoqve obtinet circà legitimationem ad cauſam, qvæ à parte adverſâ ab Actore in limine ſtatim & principio Judicii à Reo peti poteſt, ita qvidem, ut in ordinario proceſſu ad litis conteſtationem perveniri non poſſit feliciter, niſi exceptioni legitimationis ad cauſam Actori oppoſitæ per omnia ſit ſatisfactum. Caſus hic eſſe poteſt: Titius Cajum convenit, tanqvam hæres, Cajus Titio opponit legitimationem ad cauſam, & qvidem, qvod neqve hæres ſit ex teſtamentô, neqve ab inteſtato. Hoc caſu ante omnia Actor edere debet teſtamentum, vel alia documenta, qvibus, ſe hæredem eſſe, vult probare.

Not. 19. *Alii plures caſus qvibus Actor ante Litis conteſtationẽ Inſtrumenta edere cogitur.*

Not. 19. Sunt prætereà & alii adhuc caſus, qvibus Actor antè litis qvoqve conteſtationem inſtrumenta edere tenetur. Qvid enim, ſi Reus ante litis conteſtationem in proceſſu *Ordinariò* vel recognitionem in *Executivo* Exceptiones opponat litis ingreſſum impedientes, & eum in finem ad probandas ſuas exceptiones ab Actore Editionem petat documentorum *communium, v. c. transactionis, pacti, Conventionis, factæ diviſionis?* & his caſibus dubitandũ non eſt, qvin actor etiam ante litis conteſtationem ad Editionem talium documentorũ compelli poſſit *c. 12. X. de fide inſtrumentorum.* Qvod multò magis procedit, ſi Actor

in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0047-6

in libellò inſtrumentorum mentionem fecerit *cap. 1. X. de Probatione.* Et qvi alii ſunt caſus, qvibus Actor compelli poteſt ad editionem inſtrumentorum ante litis conteſtationem, qvando talia ſunt, ut faciant ad ipſius Actoris principalem intentionem fundandam.

Not. 20. In Ordinatio verò Proceſſu, hiſce caſibus exceptis, Actor regulariter non niſi poſt litis conteſtationem inſtrumenta, qvibus uti vult in probatione, vel edere tenetur, neqve illorum editionem à Reo petere poteſt, ratio eſt, qvia eô demum tempore teſtes producuntur (2) Qvia inſtrumenta adhibemus ad cauſæ ſeu litis inſtructionem ſeu probationem, in utrâqve tamen probatione, tàm qvæ fit per teſtes, qvam qvæ fit per inſtrumenta, procedere partes non poſſunt, niſi factâ litis conteſtatione, in proceſſu nempê Ordinario, & ita intelligenda eſt noſtra Conſtitutio XVII. Et ſi Actor in Ordinario Proceſſu edere velit ad probandum, vel Reus ab Actore illorum Editionem petat, tunc Judex illorum productionem vel editionem qvidem tolerare poteſt, hâc tamen Lege & conditione ut reproduci debeant poſt litem conteſtatam.

Not. 20. *In Ordinario Proceſſu regulariter Inſtrumenta produci debent ad probandum neceſſaria, vel à Reo illorum editio peti poſt lit. Cōteſt.*

Not. 21. In Reo aliter ſeſe res habet, qvi regulariter ad editionem inſtrumentorum compelli non poteſt *L. 1. & 4. C. de Edendo.* Ubi Imperator Antoninus Pius *in L. 1. ita ſentit: Ipſe diſpice, qvemadmodum pecuniam, qvam te depoſuiſſe dicis, deberi tibi probes. Nam qvod deſideras, ut rationes ſuas adverſaria tua exhibeat: Id ex cauſa ad judicis officium pertinere ſolet. Et in L. 4. hæc habentur verba: Qvi accuſare volunt, probationes habere debent: cum neqve Juris, neqve æqvitatis ratio permittat, ut alienorum inſtrumentorum inſpiciendorū poteſtas fieri debeat. Actore enim non probante, qvi convenitur, & ſi nihil ipſe præſtat,*

Not. 21. *Reus regulariter Inſtrumenta Actori edere non tenetur.*

*l. 1. C. de edenda.*

*l. 4. C. eod.*

*Varii Caſus, qvibus Reo Actori inſtrumenta edere tenetur.*

*Ad arbitrium Judicis ſpectat num Reus edere teneatur Actori qvæ petit.*

*I. CASUS ſi Documentum Commune ſit vel Actoris Proprium.*

(2) *Si Legatarius petat Tabulas teſtamenti ab hærede vel Hæres ab extraneo qvi poſſidet.*

(3) *Si inſtrumentum mandante Actore factum. l. 4. §. 1. ff de Eden.*

*Argentarii & eorum ſucceſſores debent edere rationes iis qvi petunt.*

*ſtat, obtinebit.* Ratio hujus regulæ, qvare nempe Reus Actori inſtrumenta contrà ſe edere non teneatur, in eo conſiſtit, qvod nemo propriis armis ſit debellandus, nec propriò gladio jugulandus, neqve qvisqvam cogatur invitus ſuum communicare alteri, qvod probabiliter in proprium vergit damnum. Multi tamen caſus ſunt, qvibus hæc regula limitari ſolet, ita ut Reus qvamvis invitus ad inſtantiam Actoris compelli poſſit ad editionem inſtrumentorum, qvorum caſuum 19. recenſet *Ummius ad Proc. Diſp. 17. th. 7. n. 32.* Qvi tamen omnes ad arbitrium Judicis pertinere videntur, cujus eſt cognoſcere, num Reo editio documentorum injungenda ſit, nec ne? Qvod innuere videtur *Imperator Antoninus, in L. 1. C. de edendo.* his verbis: *Nã qvod deſideras, ut rationes ſuas adverſaria tua exhibeat: id ex cauſâ ad Judicis officium pertinere ſolet.* Inter has cauſas ferè præcipua illa eſt, ob qvam Reo editio documentorum injungi poteſt, ſi documentum, cujus editio petitur, *Commune ſit Actori & Reo*, qvod multo magis obtinet, ſi Actoris *proprium ſit*, (2) *Legatarius ab hærede Tabularum* editionem recte petit *L. 1. de Tabulis exhibendis.* *Sic hæres teſtamentum vel codicillos*, vel qvid aliud ad teſtamentum pertinens ab illo, qvi poſſidet, rectè petit exhiberi, non verò extraneus *L. 3. §. 8. ff. ad exhibendum.* (3) Si inſtrumentum tale ſit, qvod Actore mandante & conſentiente confectum ſit, & Actor æqvale intereſſe probet, ſibi competere, qvàm Reo, *L. 4. §. 1. ff. de edendo. Ubi edictum* Prætoris explicatur, *qvô argentariæ menſæ Exercitores rationem, qvæ ad ſe pertinet, edere debent, adjecto die & conſule*, his verbis: *Hujus edicti ratio æqviſſima eſt, nam cum ſingulorum rationes argentarii conficiant, æqvum fuit,*

*fuit, id, qvod mei cauſâ confecit, meum qvodammodo inſtrumentum mihi edi.* Idem eſt in ſucceſſoribus argentariorum, & nummulariorum, qvi tanqvam *Rei Actoribus rationes ſuas edere tenentur. L. 6. §. 1. ff. de Edendo.* (4.) Referunt Doctores huc caſum, qvod *Reus inſtrumenta* edere teneatur Actori in *cauſa fiſcali L. 3. ff. de Edendo.* Ubi jubentur *Delatori inſtrumenta edi, qvæ ad illam cauſam fiſci pertinent. & L. 2. §. 1. ff. de Jure fiſci dicitur nocere Reipubl. qvi inſtrumenta ad cauſam fiſci pertinentia cum exhibere poſſit, non exhibet.* Doctores hinc argumentum deſumunt ad alios caſus, & putant, Reum inſtrumenta edere debere, ſi agatur nomine *Eccleſiæ, in cauſâ matrimoniali, dotis, Pupilli, alimentorum, pii legati, hoſpitalium, libertatum, miſerabilium & religioſarum perſonarum* cum fiſco æqvale privilegium habentium. (5) Si Reus inſtrumenta pro ſe produxerit, iterum contra ſe edere tenetur (6) Dubium non eſt, qvôd *Tutor conventus* à pupillô, *procurator ſocius*, vel ille, qvi alterius res & negotia adminiſtravit, *Actori edere teneatur* rationes & inſtrumenta. Nec *obſtat, qvod L. 9. ff. de edendo*, dicatur, edictum de edendo locum non habere, ſi *Procurator* conveniatur ad rationes reddendas, cum nempè ſuppetat Actio mandati, præſenti enim locô non agimus de illa editione documentorum, qvæ per modum actionis inſtituitur, ſed illa, qvæ incidenter in judicio petitur, ſi nempe Actor documentum, qvod non habet, è domo petat adverſarii (7) ſunt etiam Doctores, qvi putant, *liberos à Parentibus Patre vel Matre inſtrumenta & rationes* petere poſſe, ſi liberorum bona adminiſtraverint (8) tandem à Reo rationes peti poſſunt vel inſtrumenta, qvæ juſſu Actoris à *Notario ſunt confecta*, & qvæ penes Reum ſunt

(4) *Si actor agat in cauſâ Fiſci In cauſâ Eccleſiæ, Matrimoniali. dotis. Pupilli alimẽtorum & pii legati &c. Reus edere tenetur Inſtrumenta.*

(5) *Reus edere tenetur inſtrumenta. qvæ pro ſe edidit.*

(6) *Tutor Curator, ſocius &c. edere tenetur inſtrumenta.*

(7) *Liberi à Parentibus qvi eorum bona adminiſtrarunt, rationũ editionem & Inſtrumentorum petere poſſunt.*

(8) *Inſtrumentũ Notarii juſſu*

 Et

*Actoris confectum à Reo edendum.*

Et (9) à Reo putant edi debere omnia illa inſtrumenta, qvibus uti vult ad probandam ſuam exceptionem. Qvæ omnia ad Cordati Judicis arbitrium ſunt referenda, qvamvis diſſentiat Ummius, qvi omne arbitrium Judicis hâc in re excludit, cui tamen per omnia conſentire non poſſumus, cum de Inſtrumenti qvalitate ad minimum judicare debet Judex, num commune ſit, nec ne? Si Actor hoc affirmet, Reus autem neget, tunc ſanè res illa & controverſia non niſi arbitrio Judicis ſopiri poteſt & decidi.

(9) *Inſtrumenta qvibus uti vult Reus ad probandam exceptionem. Arbitrium judicis in hâc causâ admittitur contra Ummium.*

Not. 22. *Qvando Editio Documentorum â Tertio peti poſſit?*

Not. 22. Uti autem Reus regulariter Actori inſtrumenta edere non tenetur, ut illis ipſis ſublevet probationem Actoris contrà ſeſe: Ita qvoqve â Tertio, qvi in lite non eſt, regulariter editio inſtrumentorum exigi neqvit. *Ummius Disp. 17. th. 7. n. 33.* hanc dat rationem, qvod iniqvum ſit, ut qvis re ſuâ ad arbitrium uti neqveat, vel invitus uſum propriæ rei alteri concedere cogatur. Qvod maxime obtinet, ſi Tertius ille privatus ſit, à qvo forte petantur rationes, epiſtolæ &c. Hæc tamen regula ſuas qvoqve admittit limitationes, qvarum Doctores qvâm plurimas recenſent, inter qvas præcipua ferè hæc eſt, qvando ejusmodi inſtrumenta *Communia* ſunt, qvorſum referri etiam poteſt, ſi inſtrumentum vel rationes confectæ ſint mandante aut conſentiente, aut approbante eo, qvi editionem petit vel etiam ſi probationes factæ ſe referant ad inſtrumenta Tertii, & qvæ aliæ ſunt limitationes, qvas recenſet Ummius d.l.

Not. 23. *Qvando & qvomodo â Notario editio Inſtrumenti publici peti poſſit?*

Not. 23. Aliter ſeſe res habet cum Notario publicô, aut aliâ Perſonâ in publicô officio conſtitutâ. Notarius enim ad Exemplum Argentarii inſtrumenta, qvæ confecit, edere tenetur, qvod etiam extendunt ad hæredem

No-

Notarii, & eos, qvi in locum Notarii ſurrogati ſunt, & omnem eum, ad qvem defuncti Notarii protocollum vel originale pervenit. Reqvirunt tamen hôc caſu Doctores (1) ut Notario ſolvatur honorarium pro inſtrumentô confectô (2) ut interſit ejus, qvi petit edi, & inſtrumentum in utilitatem & illius gratiam ſit confectum. *De Judice vel Magiſtratu* affirmandum qvoqve eſt, illum ſtatuta edere debere, qvæ pro Jure publico ſunt, uti etiam contractus & Acta privatorum Judicialia illis edere debet, qvi ejusmodi contractum celebrarunt, vel qvos illa Acta concernunt qvâ de re plura vide apud *Ummium Diſp. 17. th. 7. n. 35. & 36. Qvi th. 8.* pluribus exponit, qvomodo inſtrumenta ſemel tantum, vel pluries, qvali modo, & qvô locô ſint edenda.

*Judex vel Magiſtratus ſtatuta edere debet, item Acta Judicialia ad petentem pertinentia.*

Not. 24. Circa EDITIONEM INSTRUMENTORUM, reſtat adhuc paucis dicere, qvibus mediis vel *remediis* compelli poſſit ille, qvi inſtrumenta edere recuſat, ſi editio ipſi à Judice ſit injuncta per ſententiam. Hæc remedia non unius ſunt generis. Interpretes Juris civilis varia tradiderunt, qvæ tamen omnia pro re natâ & circumſtantiis cauſæ Judicis arbitrio relinqvuntur. Referunt huc *mandata compulſorialia*, tàm ſimplicia, qvâm arctiora. Qvæ literæ compulſoriales â Judice dantur, præſertim Superiori ad inferiorem. Sic in ſupr. Appell. Judic. *Compulſoriales* ad inſtantiam partis dantur ad Judices inferiores, vel etiam privatos, qvi Jurisdictioni Sereniſſ. Electoris ſubjecti ſunt. Hâc conſvetâ formulâ: Und werden die gebetene Compulſoriales oder Arctiores compulſoriales an unſern Ambt-Schoſſer zu N. an den Raht zu N. wegen der Edition des Documents ſub lit. A. B. &c. Klägern billich mitgetheilet. Interdum tamen loco *compulſorialiũ*

*Not. 24. De Remediis qvibus qvis compelli poteſt ad editionem qvæ ei legitimè injuncta eſt.*

*Varia â Dd. & Interpretibus recenſentur.*

*Mandatum Compulſoriale ſimplex vel arctius*

*Reqviſitoriales.*

dantur literæ *Reqviſitoriales*, ſi nempe Judex talis ſit, qvi illas concedit ad illum Judicem, in qvem non habet Jurisdictionem. Non rarò etiam pœna annecti ſolet in ſententiâ, ſub qvâ alicui editio inſtrumenti injungitur. Nonnulli ad hanc pœnam referunt comminationem Judicis, ſe exemplò productô fidem habere velle, ſi Adverſarius nolit edere originale documenti, qvæ ſententia Mynſingeri eſt, qvam per omnia approbare non poſſum Nos miſſis ſententiis Doctorum & interpretum Juris civilis, convertimus nos ad illa remedia, qvæ legibus & Conſtitutionibus Saxonicis prodita ſunt, & potiſſimum deſcribuntur in *Ordin. Proc. tit. 26.* Von Edition der Brieflichen Uhrkunden. Et ſunt potiſſimum ſeqventia (1) Si ille, cui a Judice Editio documenti injuncta eſt, neget, ſe inſtrumentum habere, juramentũ ei à Judice imponi poteſt, qvod illa, qvæ edi petuntur documenta, nec habeat, nec doloſè alienaverit, vel in alium transtulerit, qvo caſu ab eô, qvi editionem petit, nec juramentum calumniæ exigere, nec conſcientiam ſuam probatione exonerare poteſt, ad qvod Juramentum tamen Judex pervenire non poteſt, eò caſu, qvando qvis alteri edere inſtrumenta non tenetur, qvando etenim à Reo edi petuntur documenta, qvæ nec propria ſunt ejus, qvi editionem petit, nec communia, tunc nec editio ipſi injungenda eſt, multo minus juramentum, & ita duo hic qvaſi concurrere debent, ut huic juramento locus ſit, (1) ut editio legitimè petatur vel injungatur (2) ut adſit præſumptio aliqva contrà illum à qvô petitur inſtrumentum, qvod illud ipſum habeat, qvod ſi enim probabilis aliqva cauſa allegari neqveat, nemo inutili editione, multô minus ſuperfluô juramento onerandus eſt, præter-

*Remedia Juris Saxonici ad Compellandã editionem documentorum.*

(1) *Qvi negat ſe habere Inſtrumentum, juret*

*Duo reqviſita, ut huic juramento locus ſit*

(1) *editio legitimæ injuncta ſit ei qvi edere debet.*

(2) *Adſit præſumtio, illa Reum habere*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0053-9

terqvam ſi malit ille, qvi editionem petit & cauſam probabilem allegare neqveat, alteri juramentum deferre ſpeciale, & ipſemet juramentum calumniæ præſtare, tunc præſtandum eſt tale juramentum delatum, qvamvis nulla præſumtio adſit, ita qvidem, ut neqve illud juramentum referri, neqve probatione aliâ elidi poſſit. Ad cujus juramenti præſtationem tamen nimium properandum non eſt, ſed ſi ille, cui editio injuncta eſt, eumqve in finem juramentum delatum, omnia velit inſtrumenta, qvæ penes ſe habet, adverſario ſuo exhibere, eiqve perluſtrationem illorum concedere, Adverſarius autem nihilominus hâc editione contentus eſſe nolit, ſed prætendat, nonnulla alia adhuc edenda reſtare, tunc demum ejusmodi juramentum præſtandum eſt. Magis perſpicua hæc omnia intelligi poterunt ex ipſis allegatæ Ordinationis 26. verbis, qvæ hæc ſunt. Wann eine Part im Rechten anzeucht/ daß bey ſeinem Gegentheil Briefliche Uhrkunden ſeyn/ und begehret die zu ediren und fürzubringen/ iſt durch üblichen Gebrauch der Gerichte dieſer Lande eingeführt/ daß der/ von welchen die Edition begehrt wird/ eydlichen zubetheuren ſchuldig/ daß er ſolche Documenta bey ſich nicht habe/ noch gefährlicher weiſe von abhanden kommen laſſen/ kan auch derenthalben keinen ſonderlichen Eyd für Gefehrde fodern/ noch ſein Gewiſſen mit Beweiſung vertreten. Wir wollen aber gleichwohl/ ehe denn ein ſolches erkandt wird/ daß mann vor allen Dingen/ dahin ſehe/ ob es auch dergleichen Fall ſey/ in welchen einer die uhrkunden ſeiner Gegentheil wieder ſich ſelbſt vorzulegen ſchuldig iſt/ als da ſind die Brieffe/ welche dem/ der die Edition ſuchet,

*Ordin. Proc. Tit. 26.*

zugehören / oder ihnen beyden gemein ſeyn / und dergleichen / denn wenn einer gar nicht zu ediren ſchuldig / wäre nicht alleine vergeblich / ſondern auch unbillich / ihn mit den Eyd zubelegen.

Es ſoll auch ferner hierbey diß erwogen werden / ob einige Vermuthung / daß das Part / von dem die Edition begehret wird / ſolche Briefliche Uhrkunden bey ſich habe / dann wann derowegen keine vorhanden / achten wir für unbillich / einen auff bloß Angeben ſeines Gegentheils / mit der Edition und derſelben anhangen den Eyd zu beſchweren / es wolte denn der / welcher die Edition derer ihme zugehörigen / oder beyder Theilen gemeiner Uhrkunden begehret / ihme derentwegen / daß er ſolche Brieffe bey ſich habe / einen ſonderlichen Eyd deferiren, dann auff ſolchen Fall wäre der / von dem die Edition geſucht wird / denſelben Eyd / wann gleich keine andere Nachrichtung vorhanden / jedoch auffs deferenten vorgehenden Eyd für Gefährde zu leiſten ſchuldig / und könte ihn dem Gegentheil nicht referiren / noch in ſolchen Fall / zu Vertretung ſeines Gewiſſens / mit Beweiß zugelaſſen werden. Ordin. Proc. Tit. 26.

Da aber gleich einem in oberzehlten Fällen die Edition vermittelſt Eydes zu thun aufferlegt würde / ſoll doch zu ſolchem Eyde nicht geeylet / ſondern wenn einer alle die Brieffe / welche er bey ſich hätte / fürzulegen erbötig were / er erſtlich damit zugelaſſen / ſeinem Gegentheil ſich darinnen zu erſehen / verſtattet / und wenn derſelbe hierauff an ſolcher Edition nicht genügig / ſondern vorwendet / daß noch mehr Brieffe vorhanden ſeyn

müſten / alsdann erſt angeregten Eyd / der geſuchten Edition halben / würcklichen geleiſtet werden.

Not. 25. Qværitur jam (2) *Qvodnam remedium ſuperſit, ad compellendum illum de Jure Saxonico, cui editio alicujus documenti à Judice injuncta eſt, ſi ille neqve edere velit, neqve juramentum delatum eò modò, uti dictum, præſtare?* Et hoc caſu peculiaris pœna ipſi dictari poteſt, pro qvalitate cauſæ, vel pecuniaria, vel alia arbitraria. Memini aliqvando Carceris pœnam in Supr. Appell. Judic. etiam Nobili eſſe dictitatam, ob id, qvod documẽtum commune & non levis momenti edere recuſabat, qvi tamen negare nõ poterat, ſe illud habere. Reſpectu etiam Rei documentũ pro *edito & recognito* pronuntiari poteſt, præſertim ſi comminatio præceſſerit in ſententiâ; Daß Beklagter das Document ſub lit. A. ſub pœna Editi zu ediren, & recogniti zu recognoſciren ſchuldig. Qvod ſi verò Actor ſit, ille ſi edere recuſet, inſtrumentum, qvod edere debet, ulterius non admittitur ad agendum. Qvid verò pronuntiandum ſit qvando ille, cui editio in injuncta eſt, juravit ſe illud nõ habere documentum, itidem patet *ex §. fin. Ord. Proc. tit. 26.* Qvod nempè tunc ab editione documenti qvidem liberetur, non autem à recognitione, ſi producens illud aliunde ſibi comparaverit, illudqve ad recognoſcendum producat. Verba textꝰ in §. *fin.* ita habent: Würde ſich aber jemands ſolcher Edition, und des dazu gehörigen Eydes verweigern / mag er durch eine anſehnliche Straffe / nach Gelegenheit der Sachen / und ſeines Vermögens / hierzu angehalten / oder wenn es Beklagter wäre / daß die gefoderten Documenta pro editis & recognitis billich zuhalten / in Rechten erkandt / oder auch da er Klägers Stelle

*Not. 25. (2.) Remedium compellendi ad Editionem juris Saxonici. Si Reus nec edere nec jurare velit pœna arbitraria, multa, Carceris.*

*Reſpectu Rei pro Edito & recognito habetur.*

*Si Actor edere recuſet ab Actione repellitur.*

*Qvid pronunciandum, ſi Reus juravit ſe inſtrumentum non habere?*

Stelle hat/mit ſeiner Klagen ferner nicht gehöret werden/wenn aber der/ von dem die Edition gefodert wird/ mit ſeinem Eyde erhält/daß er die begehrtẽ Documenta nicht bey ſich habe/wird er zwar mit der Edition verſchonet/der Recognition aber mag er ſich dadurch nicht entbrechen / da Producent ſeine Documenta anderswoher erlanget hätte/ und ad recognoſcendum vorlegen thäte. Et hæc monenda fuerunt circà *Productionem*, & *Editionem Documentorum*, potisſimum *de Jure Saxonicô*. Qvibus jam finem imponimus Materiæ de PROBATIONE & REPROBATIONE, qvæ partim fit per TESTES, partim per INSTRUMENTA, de reliqvis ſpeciebus probationis, qvæ vel fit per Juramentum, vel ocularem inſpectionem, vel aliò modô, partim dictum eſt in præcedentibus Conſtitutionibus, partim de iis in ſeqventibus dicemus, nec non Probatione ſemiplena & Præſumtionibus.

TEXTUS CONSTITUT XIIX.

## CONSTITUTIO XVIII.

## Von Geſetzen und Producten / ſo nach der Publication der Beweiſung und Gegenbeweiſung einzubringen.

WAnn die Beweiſung und Gegenbeweiſung eröffnet / ſollen die Partheyen darauff ohne weitere Verfaſſunge/ Krafft dieſer unſerer Conſtitation ſchuldig ſeyn / von Zeit an der erlangten Abſchrifft / ſo ihnen aus dem Gericht förderlich / und zum längſten innerhalb zweien Monaten gefolget werden ſoll / von ſechs Wochen / ihre Exception, duplica, replica, und

und triplica einzubringen / und alſo mit zweyen Sätzen Wechſelsweiſe zum Endurtheil zu beſchlieſſen / und mit keinen fernern Sätzen zugelaſſen werden. Es ſoll aber auch eine jegliche Part ſeine Exception und replica auff die Beweiſung und Gegenbeweiſung in einen Satz mit einander zugleich einbringen / damit Vielheit der Sätze verhütet / und deſto ſchleuniger zum Urtheil geſchloſſen werde.

## NOTÆ.

Not. 1. Connexio & Argumentum CONSTIT. XIIX.

Not. 1. Et hæc qvoqve Conſtitutio, uti XVI. & XVII. intelligenda ſaltem eſt de proceſſu Ordinario, in qvô ſolenni modô cauſæ vẽtilantur LIBELLI OBLATIONE, ſpeciali & articulatâ LITIS CONTESTATIONE, & deniqve PROBATIONE & REPROBATIONE, de qvibus Partibus Judicii Ordinarii hactenꝰ in præcedentibus CONSTITUTIONIBUS dictum fuit. Cum verò peractâ PROBATIONE & REPROBATIONE non ſtatim Judex ad ferendam ſententiam in causâ proſilire debeat, ſed ſive Probatiò *Teſtibus*, ſive INSTRUMENTIS peracta ſit, illa Partibus litigantibus publicanda ſit, poſt factam PUBLICATIONEM autem utrinqve tàm Actor, qvàm Reus partim exceptionibus ſuis, partim Diſputationibus contrà PERSONAS & DICTA Teſtium audiendi ſint, ideòqve Sereniſſ. Legislator poſtqvam de utraq; probatione tàm qvæ fit *Teſtibus*, qvam *inſtrumentis* egerat in *Conſtitutione XVI. & XVII.* Juſto ordine præſenti *Conſtitutione* jam proponit modum procedendi ulterius in judiciis poſt factam publicationem probationis & Reprobationis, anteqvam ſententia definitiva ſuper totâ causâ a Judice feratur. Circa cujus Conſtitutionis Explicationem nos pauca dicemus (1)

DE PROBATIONIS & REPROBATIONIS PUBLICATIONE, (2) DE DISPUTATIONIBUS PARTIUM ſuper PROBATIONE & REPROBATIONE facta, Von denen Diſputation-Geſetzen und Producten nach Publication der Beweiſung und Gegenbeweiſung.

**Not. 2.** *PUBLICATIO Atteſtatorum ut plurimum fit ſi Teſtibus facta probatio.*

Not. a. Circa PUBLICATIONEM PROBATIONIS & REPROBATIONIS factæ illud imprimis notandum eſt, qvod illa potiſſimum in forô Saxonicò locum habeat, qvando PROBATIO *Teſtibus* facta eſt, hoc caſu à Notario Judicii, vel alià perſona publicâ, cui conſignatio confectioqve Actorum commiſſa eſt, depoſitio Teſtium ſive ad articulos Probatoriales, ſive reprobatoriales, ſive ad Interrogatoria generalia vel ſpecialia reſponſio facta, certo Inſtrumento, vel *Rotulo* inſeri ſolet, & manu Notarii ſubſcribi, interdum etiam *COMMISSARII*, qvi Teſtes examinavit, qvod Inſtrumentum vel Rotulus Teſtium ſolet tàm Actori, qvàm Reo, in terminô qvôdam, huic Publicationi præfixô, ſolenni modò publicari, & inſimul Litigantibus in formâ Probante ad illorum inſtantiam copia ejusmodi Rotuli vel inſtrumenti communicari, ut exinde poſtmodum inſtructi utrinqve allegationes & Diſputationes ſuas in ſcriptis debitô tempore Judici offerre poſſint contrà Perſonas & Dicta Teſtium. Er ſi Litigantes factâ Publicatione, Actor vel Reus, vel illorum Mandatarii & Advocati copias Rotuli Teſtium vel Inſtrumenti, des Beweiſes und Gegenbeweiſes / qvæ illis à Judice poſt factam publicationem denegandæ non ſunt, ipſi nec reqvirant nec petant, ſed moram & protelationem litis inutilem contrahant, ad officium Judicis pertinet copias atte-

*Copiæ Atteſtatorum Partibus qvomodo communicandæ & ab iis petendæ.*

ſtato

ſtatorum in Judiciis, ſi partes in termino publicationis rogatæ illas petierint & deſideraverint, conficiendas curare & deſcribendas, illisqve certum terminum præfigere, qvô illas copias PROBATIONIS & REPROBATIONIS præviâ ſolutione expenſarum Judicialium accipiant & reluant, qvem terminum iterum ſi negligant, neqve dilationem petierint, porrò non admittantur ad Deductiones & Diſputationes. Qvæ omnia plenius explicantur in Ord. Proc. tit. 29. Wie auff die Publicirten Beweiß verfahren werden ſoll. *Ord. Proc. Tit. 29.*

§. 2. Cujus hæc ſunt verba: Weil aber ſolche Friſt erſt von Zeit der Abſchrifft angehet/ und ſich offt zuträget/ daß die Partheyen von dem Gezeugniß nicht copien fordern/ ſondern daſſelbe zuvergeblichen auffzug der Sachen in die Länge liegen laſſen/ und ſich hernacher damit entſchuldigen wollen/ daß man die Abſchrift noch nicht bekommen/ ſollen ſolche Copeyen von dem Gezeugnis in den Gerichten/ wann die Partheien bey der Publication, auff Befragung ſolche begehret haben/ mit eheſten gefertiget/ ſo bald Sie umb geſchrieben/ den Partheyen/ die Sie ablöſen ſollen/ neben anmeldung der Gebühr/ angekündiget/ und zu der Ablöſung/ nach Gelegenheit des Orts/ da das Part geſeſſen/ und ſeines Vermögens im 8. oder 14. Tage/ auch wohl 4. Wochen/ nach dem es certiorirt, beſtimmet werden/ nach Verflieſſung ſolcher Friſt/ ſoll die obenbeniembte Zeit/ zu einbringung der Product, angehen/ und wenn ſie binnen derſelben nichts eingeben/ und aus erheblichen Verhindernüß vorhero keine Dilation erlanget haben/ Sie ſich hieran ipſo factô verſäumet

haben / es ſeyn gleich die Abſchrifften gelöſet oder nicht. Et hæc ſolennis Publicatio atteſtatorum, uti anteà dictum, neceſſaria eſt, ſi probatio per teſtes facta ſit, vel pro parte per teſtes, pro parte per inſtrumenta.

Not. 3. *Num PUBLICATIONE Atteſtatorum opus ſit, ſi Probatio ſolis inſtrumentis facta?*

Not. 3. Qvod ſi verò SOLIS INSTRUMENTIS *Probatio* peracta ſit, ſolenni Publicatione opus non eſt, præſertim ſi cauſa talis ſit, qvæ multis documenis non conſtat, neqve prolixis factis & circumſtantiis innodata, tunc citrà ſolennem ejusmodi Publicationem & Diſputationes prolixas in ſcriptis lis omninò abbrevianda eſt, & Proceſſus formandꝰ conſveto ſtylo Saxonico, vom Mund aus in die Feder. Ita qvidem ut Reus primò audiatur, prævia citatione ſuis Exceptionibus & porrò ita utrinqve Proceſſus debitò modo usqve ad ſententiam abſolvatur, niſi fortè ipſa cauſa per ſe ampla ſit & magni momenti & documentorum magna copia, tunc ad inſtantiam partes admitti poſſunt, ut in ſcriptis & Diſputationibus & Productis utrinqve Jura ſua mutuò proponant prout modô dicemus ex noſtrà Conſtitutione Et ne ſuper modo procedendi amplius dubium occurrat inter Partes, utrinqve in ultimo termino recognitionis documentorum mentem ſuam declarare debent, qvomodo & qva ratione ſuper probatione vel Reprobatione factâ Jura ſua utrinqve deducere velint, num in ſcriptis & illô modô, qvi præſenti Conſtitutione permittitur XIIX. Mit abgewechſelten Diſputation-Geſetzen // vel Stylò communi Judiciorum Saxonicorum, in Conſtitut. 1. deſcriptò vom Mund aus in die Feder. Qvo factô judex per inter locutoriam ſuper modo procedendi ſententiã ferre ſolet, à qvò tẽpore currit illud fatale, nempe rei Judicatæ zu einbringung des erſten

*Si Probatio multis & variis Inſtrumentis facta. In Scriptis mutuis & DISPUTATIONIBUS proceditur: Si partes velint.*

*Ord. Proc. Tit. 29. §. 3.*

ſten Geſetzes; Pluribus hæc expoſuit ſereniſſ. Legislator in Ord. Proc. tit 29. §. 3. his verbis: Wann aber Beweiß und Gegenbeweiß nicht durch Zeugen/ ſondern lauter Briefliche Uhrkunden verführet/ und dieſelben Judicialiter recognoſciret werden/ daß es keiner ſonderbahren Publication bedarff/ ſoll mit Diſputation ſolcher Gezeugniß dieſer Unterſchied gehalten/ und wenn der Uhrkunden nicht viel/ und die Sache von keiner ſonderbahren Weitläufftigkeit/ zu Beförderung des Proceſſes auff vorhergehend Citation, die derjenige/ wieder welchen Beweiß verführet/ auswürcken/ und mit ſeinen Exceptionibus den Anfang machen ſoll/ von Munde aus in die Feder/ ſonſten aber da die Sache wichtig/ weitläufftig und der Documenten eine ziehmliche Anzahl/ auff eines oder des andern Parts begehren/ Products Weiſe verfahren werden; Damit auch das Richterliche Ambt/ nach Gelegenheit der Umbſtände/ über ſolchen Modo procedendi per inter locutoriam zu erkennen haben möge/ ſollen ſich die Partheyen bey der letzten recognition, wie und auff was maſſe Sie zuverfahren bedacht/ erklären/ und ſo dann das Fatal, zu Einbringung des Erſten Geſetzes à tempore rei judicatæ, ſeinen Anfang zu gewinnen. Et tantum de Publicatione Probationis vel Reprobationis factæ, deveniendum nunc eſt ad Explicationem noſtræ Conſtitutionis, qvæ tractat de Diſputationibus Partium poſt publicatas atteſtationes.

Not. 4. Circa modum procedendi in Judicio poſt publicationem atteſtationum à Partibus obſervandum, imprimis occupata eſt noſtra *Conſtitutio*, qvæ duo qvaſi *membra* continet, qvorum (1) *primum* jubet, ut in ordinario *Duo Membra CONSTI. TUT. XIIX.*

nario

*De Diſputationibus Atteſtatorum vel ſuper Probatione & Reprobatione.*

(1.)

nario Proceſſu poſt publicationem Probationis & Reprobationis litigantes vel Advocati illorum, ſine ulterioribus Ambagibus à tempore, qvô copias atteſtationum conſecuti ſunt, qvæ ipſis à Judice citra moram & ad minimum intrà duos menſes communicari debent, Jura ſua utrinqve in ſcriptis, von 6. Wochen zu 6. Wochen proponant & deducant, ita ut Reo Exceptionem ſuam, Actori duplicam, Reo Replicam, & Actori triplicam, debito tempore offerre, & ita duabus mutuis qvaſi poſitionibus in cauſâ concludere ſit permiſſum, ita qvidem, ut ulterioribus poſitionibus non ſint admittendi, uti perſpicua ſatis ſunt verba ipſius Conſtitutionis: Wann die Beweiſung und Gegenbeweiſung eroffnet / ſollen die Partheien darauff ohne weitere Verfaſſunge / Krafft dieſer unſerer Conſtitution ſchuldig ſeyn / von Zeit an der erlangten Abſchrifft / ſo ihnen aus den Gericht förderlich / und zum längſten innerhalb zweyen Monaten gefolget werden ſoll / von 6. Wochen zu 6. Wochen / ihre Exception, duplica, replica, und triplica einzubringen / und alſo mit zweyen Sätzen Wechſelsweiſe zum EndUrtheil zubeſchlieſſen / und mit keinen fernern Setzen zugelaſſen werden. (2.) *Alterum membrum noſtræ Conſtitutionis* illud diſponit, ut litium abbreviandarum causâ Partes litigantes vel Advocati jura ſua in ſcriptis non peculiariter, ſed conjunctim & tàm ſuper factâ Probatione, qvam Reprobatione proponant, Et ita v. c. Reus in Exceptione non ſolum deducit Jura ſua contrà factam Probationem diſputando contra dicta & Perſonas Teſtium, vel veritatem documentorum, ſed inſuper qvoqve ex Reprobatione ſuâ & vel factâ depoſitione Teſtium, vel documentis in reprobatione adductis & recognitis, probationem Actoris elidit,

(2.)

*MEMBRUM Super Probatione & Reprobatione facta non peculiariter, ſed conjunctim unâ Poſitione eſt agendum.*

dit,

dit, & ſe tuetur. Simili modô Actor in replica non ſolum deducit fundamenta factæ ſuæ probationis ex Teſtium depoſitione vel documentis ſuis pro conſeqvendo ſcopo Actionis inſtitutæ, ſed etiam in ſimul reſpondet ad factam reprobationem, qvæ omnia faciunt ad evitandam protelationem litium & maturandam ſententiam definitivam, verba noſtræ Conſtitutionis hæc ſunt: Es ſoll aber auch eine iegliche Part ſeine Exception und Replica auff die Beweiſung und Gegenbeweiſung in einen Satz mit einander zugleich einbringen / damit Vielheit der Sätze verhütet / und deſto ſchleuniger zum Urthel beſchloſſen werde.

Not. 5. Qvamvis verba hujus noſtræ Conſtitutionis ſatis ſint perſpicua, & ulteriorem illuſtrationem non deſiderent, non tamen hîc ſilentio involvenda ſunt illa præcepta Juris Saxonici, qvæ continentur in *Ordin. Proc.* tit. 29. Ubi hæc noſtra Conſtitutio per omnia qvidem confirmata eſt â Sereniſſimo Legislatore JOH. GEORG. I. multis autem aucta & non parum illuſtrata, cui illa qvoqve addenda ſunt, qvæ noviſſimè addita â Sereniſſ. Legislatore JOH. GEORG. II. Erledigung der Landes-Gebrechen tit. von Juſtitien Sachen §. 22. & 23. Et confirmatio qvidem noſtræ Conſtitutionis exprimitur in verbis initialibus *Ord. Proc. tit. 29.* qvæ hæc ſunt: Ob wohl ſonſten in denen vor den Gerichten unſerer Lande anhängigen RechtsSachen / wie ob vermeldet / vom Munde in die Feder / verſetzt werden ſoll / ſo laſſen wir doch geſchehen / daß man auff die Gezeugnis / wie es bißhero bräuchlich geweſen / mit ſchrifftlichen Geſetzen verfahren möge / iedoch daß nach Inhalt unſers gelieb-

Not. 5. *Conſtit. XIIX. confirmata & illuſtrata eſt Ord. Proc. tit. 29. & Deciſ. Nov. tit.* von Juſtitien-Sachen §. 22. 23.

liebten Herrn Groß-Vaters löblicher und Chriſtmilder Gedächtnis / außgegangenen Conſtitutionen / von beyden Theilen nur zweene Sätze / als die Exception, Replica, Duplica und Triplica, wechſelsweiſe von 6. Wochen zu 6. Wochen / da ſich die Partheyen beyderſeits nicht eines andern Termins willkürlich verglichen / von Zeit der erlangten Abſchrifft anzurechnen / einbracht / und damit zum Urthel beſchlieſſen / der Anfang aber von dem / wider welchen der Beweis verführet / gemacht / auch Beweis und Gegenbeweis in einerley / und nicht abſonderlichen Producten diſputirt, und reſpectivè ſalvirt werden.

Not. 6. *Reqviſita varia circa Diſputationes ſuper Probatione.*

Not. 6. Reliqva præcepta, qvæ vel *Ord. Proc. vel Nov. deciſ.* circa hanc materiam de DISPUTATIONIBUS PARTIUM ſancita ſunt, ordine ſeqventi paucis attingemus, (1.) In ordinario Proceſſu ſuper Probatione & Reprobatione præſertim illa, qvæ Teſtibus facta non communis ſtylus procedendi vom Mund aus in die Feder / adhibetur, ſed permiſſum eſt Partibus vel Advocatis jura ſua utrinqve in ſcriptis proponere, alternis Poſitionibus & Diſputationibus Atteſtatorum ſecundum illam normam & formam, qvæ præſcripta eſt à Legislatore partim *Conſtitutione hac XIIX. partim ord. proc. tit. 29. in pr.* (2.) Ad evitandam omnem litis protelationem ejuſmodi Producta & Diſputationes Atteſtatorum in duplo Judici intrà tempus Lege Saxonicâ definitum offerri debent, & unum exemplar Actis inſeritur, alterum verò adverſæ Parti vel ejus Mandatario communicatur, tempusqve inſinuationis factæ ab Actuario conſignatur, à qvô tempore currit fatale adverſæ Partis, ut reſpondere ad Exceptionem debeat.

Cu-

Cujus rei ratio exponitur à Sereniſſ. Legislatore in *Ord. proc. Tit. 29. §. 4. & 5.* his verbis: Nach dem es auch die Erfahrung bezeuget / wie muthwilliger weiſe die Proceſſe nach eröffneten Gezeugnis dadurch protrahiret und proteliret worden / daß ein und der andere Part ſeines Gegentheils Diſputation Geſetze nicht abfodert / ſondern offtmahls zwey / drey oder mehr Monate verſchleichen / auch wohl ſeinen Ungehorſam darüber beſchuldigen / und Citation deßwegen außwürcken läſſet / hernach aber auff ſolche Gerichtliche Provocation erſt die Abſchrifft fodert / und ante terminum mit Einbringung ſeiner Gegen-Nothdurfft moram purgiren will / oder hernach in termino allerhand flüchtige Behelff zu ſeiner Entſchuldigung anführt / auch wohl das darauf erfolgte Interlocut läutert / und alſo dem Gegentheil vielmahls eines einigen Geſetzes halben umb ein gantzes Jahr / und mehr Zeit / neben vergeblicher Geld-ſpilterung / bringet. Als ordnen und wollen Wir / daß die Producta, weil ſie ohne das ſchrifftlich eingegeben werden müſſen / iedesmahl duppelt einbracht / das eine Exemplar ad acta regiſtriret / das andere aber dem (4) Gegentheil / oder deſſen Anwalden zugeſtellet / das tempus inſinuationis gebührlich regiſtriret / und von da an das Fatale zur Gegenhandlung augerechnet werdē ſolle.

(3) Qvod ſi Pars aliqva intrà Fatale præfixum poſitionem ſuam vel Diſputationem in ſcriptis Judici non obtulerit, tunc Parti adverſæ nihilominus permiſſum eſt Jura ſua ſuper factâ probatione legitimè deducere in ſcriptis, e. g. Si Reus neglexerit intra debitum tempus EXCEPTIONEM (5.)



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0066-1

ſuam, ſeine Exception-Schrifft Judici offerre, Actor verò Replicam ſuam nihilominus in ſcriptis obtulerit, tunc Reus adhuc admittendus eſt, ut poſſit duplicam ſuam intrà permiſſum tempus offerre, qvod idem eſt, ſi fortè Actor omiſerit Replicam, tunc nihilominus triplicam ſuam exhibere poteſt, vel illam poſitionem ultimam, qvâ reſpondere poteſt ad Jura deducta à Reô in ultimâ poſitione. Clariora hæc fiunt ex perlectione ipſius textus in *Ord. Proc.* §. 7. Würde aber nach beſchehener Ankündigung / davon oben gemeldet / oder nach empfangener Abſchrifft der Atteſtationum, das Theil / welches excipiren ſollen / ſeine Friſt fürüber laſſen / und das andere hette nichts minders zu rechter Zeit ſeine Nothdurfft einbracht / ſoll gleichwohl der / welcher ſich an ſeiner Exception verſäumet / mit der duplicen / in der dazu nachgelaſſenen Friſt / gehöret / und es alſo auch gehalten werden / wenn ſich der ander Theil allein an der Replicen verſäumet / oder ſich ſeines Geſetzes gutwillig begebe / daß dem andern nichts deſto minder ſeine Nothdurfft in dem noch übrigen Product zu bedencken und einzubringen

(4.) unbenommen ſeyn ſoll. (4) Permiſſum non eſt Advocatis in Diſputationibus Atteſtatorum, vel ſuper probatione factâ, inſtrumentis, oblatis ſcriptis & Poſitionibus novæ documenta ad recognoſcendum producere, exceptis informatis vel reſponſis Juridicis, uti etiam in aliis omnibus præciſè modum & tempus Legibus Saxonicis præſcriptum obſervare debent, nec non illis abſtinendum eſt ſub pœnâ arbitrariâ à ſuperfluâ & nimiâ prolixitate, nec non perverſâ interpretatione depoſitionis Teſtium ob verba §. 8. *Ord. Proc. tit.* 29. Es ſollen aber auch in dieſen

Sa-

Sätzen die Advocaten alle Weitläufftigkeit vermeiden/ darbey keine neue und andere documenta, auſſerhalb Rechtlicher informationen einſchieben / und ſich ſonſten obengemeldter unſerer Ordnung gemeß erzeigen/ ſonderlich der verkehrlichen wiederwertigen und falſchen Relation der Zeugen Auſſage und voriger Acten / bey willkühriicher Straff / die in Urtheiln erkant/ und unnachläßig einbracht werden ſoll/ enthalten / dieſelben anders nicht / denn wie es das Gezeugniß an Ihm ſelbſten außweiſet / und doch auch nicht mehr noch weiter / als es der Sachen Nothdurfft erfodert/ referiren. (5) Omnia illa reqviſita Legis Saxonicæ, qvæ obſervanda jubentur circa oblationem Diſputationum vel Productorum, numne obſervata ſint nec ne, fideliter â Secretario Judicii, vel Notariô, in Actis conſignanda ſunt & regiſtranda, ut Judex eô meliùs pronuntiare poſſit & ſententiam ferre ad contumaciæ accuſationem factam ab illâ parte, qvæ alteram vel neglecti fatalis, vel alterius contumaciæ incuſat, ob verba §. *ult. Ord. Proc. tit. 29.* Deßgleichen ſoll der Gerichts Secretarius oder Notarius mit Fleis regiſtriren / wann das Gezeugnis publicirt / die begehrten und gefertigten Abſchrifften den Partheyen notificirt / was ihnen für ein Terminus zur Ablöſung præfigiret / was auff beſchehenes Anſuchen für Dilationes ertheilet / und wenn die Producta einkommen / auch derer Abſchrifften hinwieder gefertiget und abgefodert worden / damit unſere Regierung und andere Gerichten iedesmahl auff die eingebrachten Ungehorſams Beſchuldigungen alßbalden (5)

extrajudicialiter die Partheyen der Verſäumnis halben beſcheiden / oder die Producta nochmals zulaſſen
(6.) können. (6) Tandem Partibus permiſſum eſt, nullis Diſputationibus vel Poſitionibus uti ſuper factâ Probatione & Reprobatione. Etſi in termino Publicationis Probationis & Reprobationis copias nullas deſiderent atteſtatoum vel factæ probationis, ſed ſtatim utrinqve totam cauſam ſententiæ Judicis committant & concludant, tunc terminus præfigitur proximus pro arbitrio Judicis ad audiendam ſententiam, uti patet ex verbis finalibus §. *ult. tit. 29. ord. proc.* Da aber die Partheyen bey der publication keine Abſchrifften begehren/ſondern alsbald ſubmittiren/ ſollen ſie darauff den nechſt folgenden Termin ad audiendam ſententiam vorgeladen werden. Et hæc ſunt illa, qvæ circâ DISPUTATIONES ATTESTATORUM, partim ex Conſtitutione noſtrâ XIIX. partim ex Ord. Proc. tit. 29. monenda fuerunt, qvibus Jus noviſſimum addendum eſt, qvod continetur in Erledigung der Landes Gebrechen *tit.* von Juſtitien Sachen/ §. *22. & 23.* ubi noviſſimè hæc leguntur diſpoſita von Eingebung und Verſäumung der Producten: Jngleichen und zum zwey und zwantzigſten / ſoll der jenige / ſo qvartam dilationem cum cauſæ cognitione & ſolennitate legali ſuchet/ nichts deſtoweniger in der noch lauffenden vierdten Friſt/ſeine Beweis oder Gegenbeweis articulos eingeben / und nicht warten/ biß hierüber res judicata verhanden/denn dadurch wieder unſere Intention und Meinung die Proceſſus offtmals etzliche Jahr verſchleiffet werden. Und alſo iſt es auch zu halten/wenn nach verführten Beweis und Gegenbeweis die Producte, als Exceptio, Replica, Duplica, und Triplica, einzugeben ſind/ denn

denn weil ieder Parthey hierzu nur eine Sächſ. Friſt / dafern ſie ſich nicht eines engen Termins willkührlich vergleichen/vergönnet / ſo ſol ſolche Zeit præciſè und peremptoriè obſerviret / und keine Dilatio, es könte denn der Impetrant ein legitimum impedimentum anführen/ und in continenti erweiſen / ertheilet werden.

Da ſich auch zum drey und zwantzigſten ein oder der ander an ſeinen Product verſaumet / ſoll nicht deſſelben ungehorſam erſt beſchuldiget / und rechtlich hierüber erkant / und hiedurch abermahls die Proceſſe vergebens auffgehalten/ſondern eintzig und allein auff die Regiſtratur/ oder Relation des Nuntii, wann dem Seinigen das Product zukommen / und wenn die geſetzten ſechs Wochen verlauffen / und aus erheblichen Urſachen keine Dilation erlanget worden / geſehen / darauff alſobald des Gegentheils Product angenommen/ und ſo fort biß zum Beſchlus verfahren / und in der Hauptſache zugleich / ungeachtet ſich ein und der ander an einem Product verſäumet hat/ erkant werden.

**Not. 7.** *Diſputationes Partium ſuper Probatione & Reprobatione comitatur SENTENTIA DEFINITIVA.*

Not. 7. Oblatis dicto modo & â Judice perluſtratis, perlectisqve DISPUTATIONIBUS ATTESTATORUM, nec non Teſtium Depoſitionibus & productis documentis in ordinario Proceſſu Judex, tanqvam in causâ concluſâ ſuper ipsâ Probatione & Reprobatione factâ ſententiam ferre & concipere ſolet, vel ipſemet, vel, ſi inferior Judex ſit, mediante reſponſo Collegii Juridici. Et hæc ſententia in Supremo Appellationum Judicio κατ' ἐξοχὴν dicitur DEFINITIVA. In qvâ qvidem ſententiâ ferendâ imprimis officium boni judicis verſatur, vel ex teſtimoniis, vel documentis judicare, num plenè vel ſemiplenè vel parum, vel prorſus nihil probatum ſit. Et ſi

plenè vel ex teſtimoniis vel documentis intentio Actoris probata ſit, Reus condemnandus eſt, hàc conſvetâ formulâ;

*Si plene probatum ſit?*

Daß Kläger das jenige / was ihm obgelegen / und er ſich angemaſſet / zur Nothdurfft erwieſſen / derowegen Beklagter &c. Qvod ſi verò teſtibus vel documentis nihil prorſus probatum ſit, Reus ab actione eſt abſolvendus, hàc formulâ:

*Si nihil probatum.*

Daß Kläger das jenige / was ihm obgelegen und er ſich angemaſſet / wie recht / nicht erwieſen / derowegen Beklagter von der angeſtellten Klage zu entbinden.

*Si ſemiplenè probatum.*

Qvod ſi verò *ſemiplenè* probatum aliqvid ſit, tunc magis dubia res eſſe videtur, Qvid Judici faciendum, num ejuſmodi ſemiplena Probatio in totum rejicienda, an verò aliis remediis ſupplenda ſit? Et qvamvis nonnulli Doctores ſint, qvi *ſemiplenam probationem* prorſus rejiciunt, uti ſunt *Duarenus*, *Donellus*, *Antonius Faber* & alii, qvi ſtatuunt, nil qvicqvam de ſemiplenâ probatione in Jure legi, & qvod *L. 9. C. de teſt.* unius teſtimonium prorſus dicatur non eſſe recipiendum,

*Nam detur ſemiplena Probatio. Neg.*

attamen *communis Doctorum* opinio in uſu & obſervantiâ judiciorum recepta eſt, qvâ ſemiplenam probationẽ à Judice rejiciendam non eſſe ſtatuunt, & revera dari aliqvam *ſemiplenam* probationem contra diſſentientes multis argumentis propugnavit *Ummius ad Proc. diſp. 14. th. 16. n. 87.* Et *Diſp. 15. th. 1. n. 5.*

*Aff. cum Ummeo.*

Uti etiam ſemiplenæ Probationis ſpecies in *diſp. 17. th. 1. & ſeqq.* recenſet, qvod nempè ſemiplenè probatum eſſe dicatur (1.) *Per unius teſtis teſtimonium juratum* (2.) *Per privatam Scripturam fide dignam.* (3.) *Per comparationem literarum.* (4.) *Famam*, & deniqve in Criminalibus *fugam*, vel alias deniqve *præſumtiones*, *indicia*, *&c.* De qvibus *ſemiplenæ Probationis ſpeciebus & Præſumtionibus* nec non illâ Probatione, qvæ fit in ſecun-

*Species ſemiplenæ Probationis variæ.*

ſecundâ inſtantia & aliis Probationum ſpeciebus, præter illas, qvæ fiunt teſtibus & inſtrumentis, plura dicemus circà Explicationem *Conſtitutionis* XXI. XXII. XXIII. Ubi de *Juramento* vel *Purgatorio* vel *Suppletorio* dicetur. Ordo nunc poſtulat, ut poſtqvam de *Probatione* & *Reprobatione* actum eſt, præſertim eâ, qvæ fit per *Teſtes*, vel *Documenta*, hâc & præcedentibus duabus Conſtitutionibus, jam dicamus in ſeq. *Conſtitut.* XIX. & XX. De CONCLUSIONE IN CAUSA, SENTENTIA JUDICIS nec non REMEDIIS â ſententiâ Jure Communi & Saxonico receptis, vel SUSPENSIVIS, v. c. LEUTERATIONE, vel DEVOLUTIVIS, v. c. APPELLATIONE. *Ordo ſeqventium Conſt.*

*Ad Clariſſimum & Nobiliſſimum*

DN. ERNESTUM FRIDERICUM MEURERUM,

Tenſtadiâ Thuringum, Jurium Candidatum, Fautorem & Amicum plurimùm honorandum,

*Cum difficilem pariter & utiliſſimam materiam de FIDE INSTRUMENTORUM, prout illa Jure Civili, Canonico & Saxonico fundata eſt, publicâ Diſputatione eruditè & maſculè propugnaret.*

QVi Jurisprudentiam Saxonicam, prout Conſtitutionibus & deciſionibus variis continetur, non ſcholis & Academiis, ſed ſoli uſui forenſi ſcriptam eſſe aſſerunt, & alios fallunt, & ipſi falluntur, vel qvod ſibi ſolis nimium ſapere, vel tricis & ſubtilitatibus Legum Romanarum nimium favere videantur. Nil qvicqvam laudis vel dignitati & præſtantiæ, vel Utilitati ſummæ Juris Civilis Romani detrahimus, cum circà Profesſionis noſtræ publicæ ingreſſum oratione inaugurali & ſolenni multis argumentis Juſtitiam Legum Romanarum propugnaverimus, ſed illam tamen ſolam vel ad informandam Juventutem in Academiis Saxonicis, vel Juſtitiæ adminiſtrationem in Judiciis ſufficere, haud facilè opinamur. Cum nempè Juvenibus in Academiis illa potiſſimum addiſcenda ſint, qvæ in Virili ætate in ſuccum & ſangvinem convertere & in uſum Reip. deducere posſint, videri non poteſt, qvomodo illæ Leges, ſecundum qvas cauſæ & controverſiæ forenſes

ſes decidendæ ſunt, nec evolvi, nec legi debeant, vel ſine turpitudinis vitio ignorari poſſint. Et qvamvis ratio illos ſaltem ſtringere videatur, qvi cives ſunt Electoratus, vel illarum Provinciarum, qvæ Juribus Saxonicis utuntur, attamen ſæpiùs tam publicè, qvàm privatim monui & oſtendi falſiſſimam omninò illam Doctorum eſſe opinionem, qvâ Jus Saxonicum Electorale vel in totum, vel maximam partem à diſpoſitione Juris Civilis recedere aſſerunt, illudq; vel rigoris, vel neſcio cujus iniqvitatis incuſant. Qvodſi etenim præſentes has Conſtitutiones Electorales D. AUGUSTI accuratius & penitius introſpicimus, illas, qvoad principia Juris naturalis & civilis communia, Juri Romanorum Juſtinianeo per omnia conformes deprehendimus. Qvin imò Jurisprudentia Saxonica neq; in totum à Romana recedit, nec tamen per omnia ei ſervit, ſed nihil aliud continet, qvam perſpicuam aliqvam præceptorum Romanorum haud paucis in locis valdè obſcurorum, elucidationem, qvæ à tot, tantisq; magni nominis & ſplendidisſimæ famæ Viris & juris Conſultis Saxonicis, *Weſenbecio, Schneidewino, Zangero, Carpzovio, Berlichio* & aliis, ita elaborata eſt, ut illorum ſcripta non uſui ſint ſolum ſcholis & judiciis Saxonicis, ſed pleræq; Europæ Principaliores Provinciæ hos Commentarios in uſum Judiciorum ſuorum transferre non dedignentur. Unde in Academiis Saxonicis Jurisprudentiæ operam navantes & ſibi, & ſtudiis ſuis optimè conſulere videntur, qvi jactis ſolidis Juris Civilis & Canonici fundamentis, nec Saxonica Jura aſpernantur, ſed ea ſibi reddunt familiaria. Et cum Tu, MEURERE amicisſime, illorum numero meritò ſis accenſendus, hôc nomine Tibi ex animô gratulor, nec dubito fore, ut maxima ſpes, qvam PATRIÆ PROCERES & optimi omnes de TE candidè ſentientes conceperuut, non inanis, ſed mox PARENTI TUO honoratisſimo, Viro ob laudabilem Juſtitiæ adminiſtrationem & ſummam in rebus agendis prudentiam & PRINCIPI & VIRIS laudatisſimis gratisſimo, nec non Nobiliſſimæ Univerſæ Tuæ Familiæ gaudio & honori, & Reipubl. ornamento ſit futura. Qvod ſincero affectu ominor & inſimul voveo

*Dab. Wittebergæ è Muſeo meo 31. Mart. 1683.*

*Tibi addictisſimus*

WERNER THEODORUS MARTINI, D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0074-5

DI[illegible] [illegible]CA

CONSTI[illegible] [illegible]ORALES

# DIV[illegible] [illegible]STI,

PROBAT[illegible] [illegible]FIT PER
INSTRU[illegible] [illegible]LENA
PROB[illegible] [illegible]MTIO-

inprimis [illegible] [illegible]XVII.

*Indu*[illegible] [illegible]*mis*
IN ACAD[illegible] [illegible]GENSI,

WERN[illegible] [illegible]DORO
MA[illegible] [illegible]P.
CO[illegible]

In Audit[illegible] [illegible]1683.
ERNESTU[illegible] [illegible]EURER;

Typis [illegible] [illegible]ogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46794-p0075-1